nit enim causam pignori fisci.

29. *Idem* libro 8. Dispensationum.

EIUS, qui delatorem corrumpit, ea condicio est, vt
pro visco habeatur. nam in fiscalibus causis id
constitutum est. Sed enim hæc pena, magis est, vt
aduersus ipsum locum habeat, qui delatorem teste-
mit cetero quin aduersus heredem eius transire non
debet. nec enim exinde perit causa, ex quo reus myta
est, vel actio perimitur, vel condemnatio facta vide-
tur. verum oportet costare prius, & de crimine pro-
nuntiare. Plane, si forte detrahenda causa agatur,
quæ semel iudicata est per delatoris corru, telam:
mortuus corruptor non efficit, quo minus agi pos-
sit, atque retractari causa, hic non penæ, sed cause
restitutio est.

1. Eum, qui falsum testamentum dixit, posse adi-
re hereditatem, constat, sed denegatis ei actionibus,
fisco locus erit, & obligationes, quas ad eundem con-
fudit non restituantur. Nam & in eo, qui post adita
hereditate in defuncti mortem non defendit, impe-
rator noster cum patre rescripsit, obligationes con-
futas non restituitur.

30. *Marcianus* libro 3. Institutionum.

NE procuratoris, Cesaris bonorum adores, quæ
ad fiscoem deuolutæ sunt, alienent, Imperatores
Seuerus & Antoninus, rescripserunt, & si manu illi
fuerint, reuocantur ad seruitutem.

31. *Idem* libro 4. Institutionum.

DIUUS Commodus rescripsit, oblidum bona, sicut
captiuorum, omnimodo in fiscoem esse cogenda.

32. *Idem* libro 14. Institutionum.

SED si, accepto vsu rogæ Romanæ, vt ciues Roma-
ni semper egerint: Diui fratres procuratori-
bus hereditarium rescripserunt, sine dubitatione

ne ius eorum ab obfidi condicione separatim esse beneficio principali. idcirco idem ius ei seruandum, quod habent, si a legitimis ciuibus Romanis heredes instituti fuerint.

33. *Vlpianus* libro 1. Responsorum. **E**um, qui debitoris fisci adit hereditatem, privilegium fisci esse coepisse subiectum.

34. *Macer* libro 2. Publicorum. **I**mperatores Severus & Antoninus Afclepiadi ita rescripserunt: Tu, qui defensione omiffa redimere sententiam maluisti, cum tibi crimen obicitur, non immerito quingentos solidos inferre fisco iustus es. omiffa enim ipsius causae inquisitione, ipse te huic poena subditi optinendum est enim: ut hi, quibus negotia fiscalia mouentur, ad defensiones causae bona fide veniant: non aduersarios, quo iudices redimere temptent.

35. *Pomponius* libro 11. Epistularum. **A** pud Titium scriptum est: Si priuatus ad se pertinere hereditatem Lucij Titij dicat, altero eandem hereditatem fisco vendicant: quiritur, utrum ius fisci ante deutiendum sit, & sustinenda actiones ceterorum, an nihilo minus inhibenda petitiones creditorum singulorum, ne publicae causae prauidetur, idque senatus consultis expressum est.

36. *Papinianus* libro 3. Responsorum. **P**raedij a fisco distractis, praeterit temporis tributum corundem praediorum onus emptorem spectare placuit.

37. *Idem* libro 10. Responsorum. **Q**uod placuit, fisco non esse poenam petendam, nisi creditores suum recipere uiderint: eo pertinet, ut privilegium in poena contra creditores non exerceatur, non ut ius commune priuatorum fisco amittat.

38. *Idem* libro 11. Responsorum. **F**iscus in quaestione falsi testamenti non optinuit, prius quam autem ea quaestio decideretur, alio nuntiante bona postea vacare constitit. fructus post primam litem absumi non oportuisse, respondi. neque enim ad senatusconsulti beneficium, scriptum heredem pertinere controuersia mota.

39. *Idem* libro 18. Responsorum. **D**elatoris opera non esse fundum respondi, qui fisci pecuniam, quam alius tenebat, ad sui temporis administrationem pertinere, quamuis probare non potuisset, contendit: quamquam propria causam egerat.

40. *Idem* libro 21. Quaestionum. **B**ona fisco citra poenam exilij perpetuam adiudicari sententia non oportet.

41. *Idem* libro 21. Quaestionum. **E**um, qui periculum communis condemnationis diuidi postulat, quod participes iudicati soluendo essent, reuocatis alienationibus, quas fraudulententer fecerant, non uideri causam pecuniam fisco nuntiasse respondi.

42. *Idem* libro 21. Quaestionum. **I**ta fidei heredis commissae Rego, fundum Titio de qua te rogant, si Titius capere non possit, non euitabit heres poenam taciti fideicommissi non enim est palam relinquere, quod ex testamento sciri non potest, cum recitatum est. quemadmodum nec ille palam dat, qui ita scribit: Rego res heredis, in eoque ad te habet, sedum praestitit. immo in priore specie maiorem fraudem excogitasse uidetur, qui non tantum legem circumuenire uoluit, sed etiam interpretationem legis, quae circa tacitum fideicommissum habetur, quamuis enim fundum nominauerit: non tamen cognosci potest, de quo sit rogatus heres: cum diuersitas rerum, obsecrum faciat legatum.

43. *Idem* libro 21. Responsorum. **P**atronus si tacite in fidem suam recipiat, ut ex portione sua praestiterit, fraudem dicitur: quia de suo largitur.

44. *Idem* libro 21. Responsorum. **E**um, qui bona vacantia a fisco comparauit, debere actionem, quae contra defunctum competit, ex ipere.

45. *Idem* libro 5. Fideicommissorum.

Artianus Severus praefectus ariari: cum eius, qui tacite rogatus fuerat non capienti fideicommissum reddere, bona publicata erant: prouentibus, nihilo minus ius deferendi ex constitutione Diui Traiani habere eum, cui fideicommissum erat relatum.

46. *Idem* libro 6. Fideicommissorum. **Q**ui autem nonnulli ingrati aduersus beneficium Diui Traiani, post professionem quoque de tacito fideicommissum factam, cum possessoribus transigunt, atque tribus edictis euocati non respondent: placuit senatus, tantum ab eo, qui id fecisset, exigis quantum apud ariarium ex ea causa, quam detulerat, remanere oporteret, si professionem suam impleisset, & si possessoris quoque fraus apud praefectum conuicta fuisset: ad eoque, quod conuictus inferre debuisset, exigi.

47. *Vlpianus* libro 6. Fideicommissorum. **I**mperator noster rescripsit, fisco in rem habere actiones ex tacito fideicommissum.

48. *Paulus* libro 1. Sententiarum. **D**elator non est, qui protegens causae suae gratia aliquid ad fisco nuntiat.

49. *Idem* libro 5. Sententiarum. **I**n fraudem fisci non solum per donationem, sed quocumque modo res alienatae reuocantur, idemque iuris est, & si non quaeratur: quae enim in omnibus fraudes poentur.

50. *Idem* libro 5. Sententiarum. **B**ona eorum, qui in custodia, vel in vinculis, vel compediibus decesserunt, hereditibus eorum non auferuntur, siue testato, siue intestato decesserunt.

51. *Idem* libro 5. Sententiarum. **E**ius bona, qui sibi mortem consciiuit, non ante ad fisco coguntur, quam prius coheriter, cuius erimnis gratia manus sibi intulerit. Eius bona, qui sibi ob aliquod admissum flagitium mortem consciiuit, & manus intulit, fisco vindicantur, quod si id tardio uideat, aut pudore arii alieni, vel ualeat diuis allucis inpatientia admittit: non inquit auferuntur, sed suae successioni relinquuntur.

52. *Idem* libro 5. Sententiarum. **A** debitore fisci in fraudem datas libertates retrahi placuit. Sane ipsum ita ab alio emere mancipium, ut manumittat, non est prohibitum: ergo tunc & libertatem praestare possit.

53. *Idem* libro 5. Sententiarum. **E**x his bonis, quae ad fisco delata sunt, instrumenta, uel chirographa, acta etiam ad ius priuatorum pertinentia restitui postulantibus conueniunt.

54. *Idem* libro 5. Sententiarum. **N**eque instrumenta, neque acta a quoquam aduersus fisco edii oportet.

55. *Idem* libro 5. Sententiarum. **I**pe autem fisco actorum suorum exempla hae condicione edit ut (ne) is, cui describendi sit potestas, aduersus se, vel rem publicam his actis utatur, de quo cauere compelliuit, ut, si uisus contra interdictum fuerit, causa cedat.

56. *Idem* libro 5. Sententiarum. **Q**uotiens apud fisco agitur, actorum potestas postulanda est, ut merito si uti liceat, eaque manu commentariensis adnotanda sunt. quod si ea aliter profertur: is, qui ita potulerit, causa cadit.

57. *Idem* libro 5. Sententiarum. **Q**uotiens iterum apud fisco eadem causa tractatur: priorum actorum, quorum usus non fuerat postulat, ex officio recitatio iure potestur.

58. *Idem* libro 5. Sententiarum. **Q**ui pro alio a fisco conuentus debitum exsoluit, non inique postulat persecutionem bonorum eius, pro quo soluit, in quo etiam aduBari per officium solet. 10. *Fiscus* libus debitoribus petentibus ad coparandam pecuniam dilatione negari non placuit, cuius rei estimatio ita arbitrio iudicatis con ceditur: ut in maioribus summis non plus, quam tres menses: in minoribus uero non plus, quam duo prorogentur: prolixioris autem temporis spatium ab Imperatore postulandum est. 11. *Si* principalis rei bona ad fisco deuoluta sint, fideiussores liberantur: nisi si forte minus idonei sint, & in reliquum non extoluit quantitates accesserint.

12. *Si* plus seruatum est ex bonis debitoris fisco distrahitis.

Distrahitis, iure ac merito restitui postulat. 13. *Conductor* ex fundo fiscali nihil transferre potest, nec cupressi materiam vendere, vel oliu, non subtrahit aliis, ceteraque arbores pomiferas exdere & facta eius rei estimatio, in quadruplum conuenitur.

14. *Minoribus* viginquinque annis neque fundus, neque uegetalia locanda sunt: ne aduersus ea beneficium tracti utantur.

15. *Hermogenianus* libro 6. Iuris epitomatorum.

A uertur ei quasi indigno successio, qui, cum heres institutus esse ut filius, post mortem eius, qui pater dicebatur, suppositus declaratus est.

16. *Qui* aliquid sciens in fraudem fisci suscepit, non solum rem, in qua fraudis ministerium suscepit, sed alterum tantum restituere cogitur.

17. *Quod* a praeside seu procuratore, vel quolibet alio in ea prouincia, in qua administrat, licet per suppositam personam, comparatum est: infirmato contractu vindicatur, & estimatio eius fisco inferitur nam & uauem in eadem prouincia, in qua quis administrat, & fiduciam prohibetur.

18. *Fiscus* semper habet ius pignoris. 4. *Qui* compensationem opponit fisco, intra duos menses debitum sibi docere debet.

19. *Ut* debitoris fisci, quod fisco debet, compensetur, sepe constitutum est: excepta causa tributaria, & impendiorum, item pretio rei a fisco emptae, & quod ex causa anonaria debetur.

20. *In* reatu constitutus, bona sua administrare potest, eique debitor recte bona fide soluit.

21. *A*ctores, qui aliquid officium gerunt, in bonis, quae distrahant, procuratores uendare incon sultis principibus prohibentur, & si ueneant, uenditio nullas vires habebit.

22. *Seruus* Caesaris, si iussu procuratoris adit hereditatem, Caesaris uolenti acquiritur.

23. *Si* multi fisco fraudem fecerint: non ut in actio ne furti, singuli solidum: sed omnes semel quadrupli poenam pro uiti portione debent, sane pro non idoneis, qui sunt idonei, conueniuntur.

24. *Paulus* libro 1. Decretorum.

Molchis quaedam fidei debetrix ex conductio ne uegetalis, heredes habuerat: a quibus post aditam hereditatem Faria Senilla, & alij praedia emerant, cum conuenirentur propter Molchidis reliqua, & dicebant heredes Molchidis idoneos esse, & multos alios ex hisde bonis emisse: equum putauit imperator, prius heredes conuenire debe re: in reliquum, possessorem omnem, & ita pronun trauit.

25. *Aemilius* Paclameus conduxerat a fisco possessionem: eaque paulatim pluribus locauerat maiore quantitate, quam ipse suscepit, conuenie batur a procuratoribus Caesaris in eam quantita tem, quam ipse perceperit. hoc iniquum, & inutile fisco uidebatur, ut tamen suo periculo ipse eos, qui bus locauerat, conueniret. ideoque pronuntiauit, in eam solam quantitate eum conueniri debere, qua ipse conductor existerat.

26. *Idem* libro 2. Decretorum.

Status Florus testamento scripto heredes sui Pompeij tacite fidei commiserat, ut non capienti fundum & certam pecuniam quantitatem daret: & eo nomine cautionem a Pompeio exigere curauerit, se restitutum ea, & quae per praepositionem dederat, postea idem Florus, facto secundo testamento, & eodem Pompeio & Faustino heredibus institutis, nullas praepositiones Pompeio dederat hae perlo na, quae capere non poterat, se detulerat, consulti Imperatores a procuratoribus rescripserant, si non probaretur mutata uoluntate esse, praestandum fidei, omnium, atque ita Pompeius condemnatus desiderabat, cuius esse in hereditate oportere: quia praepositiones non acceperat. nec posse uideri pro parte in prima uoluntate testatorem perleuerasse,

sed in uniuerso, pronuntiauit, nec testamentum prius exstare, nec, si dedisset in primo testamento, ex posteriore peti potuisse, nisi petum esset. placuit, quia non probabat sibi datas praepositiones, ex sola sua cautione solum fideicommissum praestare debe re.

27. *Cornelio* Felici mater scripta heres rogata erat restituere hereditatem post mortem suam. cum heres scripta condemnata esset a fisco, & omnia bona mulieris occuparentur dicebat Felix, se ante poenam esse. hoc enim constitutum est, sed si nondum dies fideicommissi uenisset, quia posset prius ipse mori, vel etiam mater alias res acquirere: repulsus est interim a petitione.

28. *Idem* libro 3. singulari de tacitis fideicommissis.

Cum tacitum fideicommissum is, cui datum est, capere se nihil posse detulisset in quaestione uenit, doctantis, an totius arii partem dimidiana ex beneficio Diui Traiani recipere debeat, de qua re exstat rescriptum Imperatoris Antonini in haec uerba: Imperator Antoninus Iulio Ruso. Qui tacitam fidem accomnodauit, ut non capienti restitueret hereditatem: si deducta parte quarta restituit, nihil retinere debet. quadrans autem, qui heredi imponitur ipsius, ei piatur, & ad fisco transferatur. unde doctantis semissem solum capit, qui se detulit.

29. *Idem* libro 3. Decretorum.

Valerius Patroinus procurator Imperatoris Flauio Statilio praedicta certo pretio addixerat, deinde facta licitatione idem Statilius recepta ea licitatione optinuerat, & in uacua possessionem inductus erat, de fructibus medio tempore perceptis quaerebatur. Patroinus fisco esse uolebat. Plane si medio tempore inter primam licitationem, & sequentem adiectionem percepti fuissent uenditio rem pertinere, sicut solet dici, cum in diem addito facta est, deinde melior condicio allata est, nec moueri deberemus, quod idem fuisset, cui & primo addita fuerant praedia. Sed cum utraque additio intra tempus uindictarum facta fuisset, recessum est ab hoc tractatu, itaque placebat fructus emptoris esse. Papinianus & Messius nouam sententiam induxerunt, quia sub colono erant praedia, iuuquid esse fructus ei auferri uniuersos: sed colonum quidem percipere eos debere, emptorem uero pensionem eius anni accepturum, ne fisco colono tene retur, quod ei frui non licuisset, atque si hoc ipsum in emendo conuenisset: pronuntiauit tamen secundum illorum opinionem, quod quidem domus no colerent, uniuersos fructus habere. si uero sub colono, pensionem accipere. Tryphonino suggerente, quid pararet de aridis fructibus, qui ante praepositionis fuissent: respondi, si nondum dies pensionis uenisset, cum addita sunt, eos quoque emptorem accepturum.

DE CAPTIVIS ET DE POST-LIMINIO, & redemptis ab hostibus.

TIT. XV.

Macer libro 14. Digestorum.

Quod seruus eius, qui ab hostibus captus est, postea quam ille ad hostes peruenit: hoc habebunt heredes eius: quia, etsi captiuitatis tempore decedisset, adquisitionem foret heredi.

2. *Idem* libro 39. Digestorum.

Nauibus longis atque onerariis propter bellum postliminium est: non plicatoriis, aut si quas ad uarias voluptatis causas parauerunt.

3. *Equus* item, aut equa freni patiens, recipitur postliminio: nam sine culpa equitis proripere se potuerunt.

4. *Non* idem in armis iuris est: quippe nec sine

Magis amittuntur, atque enim postliminio reverti negatur, quod turpiter admittantur.

3. Pomponius libro 37. ad Quintum Mucium. Item veltis.

4. Modestinus libro 3. Regularum. Qui ab hostibus capiuntur, vel hostibus deduntur, iure postliminij reverti, antiquitus placuit. An qui hostibus deditus reversus, nec a nobis receptus, cuius Romanus sit, inter Brutum & Sczolam varie tractatum est. & consequens est, ut civitatem non adipiscatur.

5. Pomponius libro 37. ad Quintum Mucium. Postliminij ius competit aut in bello, aut in pace.

1. In bello, cum hi, qui nobis hostes sunt, aliquem ex nostris ceperunt, & intra praesidia sua perduxerunt, nam si eodem libello is reversus fuerit, postliminium habet. id est, perinde omnia restituantur ei iura, ac si captus ab hostibus non esset. autem in praesidia perducatur hostium, manet eius, tunc autem reverti intellegitur, si aut ad amicos nostros perveniat, aut intra praesidia nostra esse ceperit.

2. In pace quoque postliminium datum est, nam si cum gente aliqua neque amicitiam, neque hospitium, neque foederis amicitiae causa factum habeat: hi hostes quidem non sunt, quod autem ex nostro ad eos pervenit, illorum sit. & liber homo noster ab eis captus, servus sit, & eorum. Idemque est, si ab illis ad nos aliquid perveniat. Hoc quoque igitur casu postliminium datum est.

3. Captivus autem, si a nobis manus missus fuerit, & pervenerit ad suos, ita demum postliminium reverti intellegitur, si malit eos sequi, quam in nostra civitate manere. & ideo in Atilio Regulo quem Carthaginenses Romanis miserunt, responsum, esse non esse eum postliminio reverti: quia iuraverat Carthaginenses reverti, & non habuerat animum Romae remanendi. Et ideo in quodam interprete Menandro, qui, postquam apud nos manus missus erat, illis ad suos, non est visa necessaria lex, quae lata est de illo, ut maneret cuius Romanus. Nam siue animus ei fuisset remanendi apud suos, desineret esse civis: siue animus fuisset revertendi, maneret eius. & ideo est lex superius Quae.

6. Idem libro 1. ex Variis lectionibus. Mulier in opus salinarum ob maleficcium data, & deinde a latronibus exterae gentis capta, & iure commercij vendita, ac redempta in causam suam recidit. Coecilio autem Fismo centurioni pretium ex sisco reddendum est.

7. Proculus libro 2. Epistularum. Non dubit, quin foederati & liberi, nobis externi sint: non inter nos atque eos postliminium esse. etenim quid inter nos atque eos postliminij opus est: cum & illi apud nos & libertatem suam, & dominium rerum suarum, atque apud se, retineant: & eadem nobis apud eos contingant.

8. Liber autem populus est is, qui nullius alterius populi potestati est subiectus, siue is foederatus est: item siue ex quo foedere in amicitiam venit, siue foedere comprehensus est, ut is populus alterius populi maiestatem comiter conservaret. hoc enim adicitur, ut intellegatur alterum populum superiorem esse non ut intellegatur alterum non esse liberum, & quemadmodum clientes nostros intellegimus liberos esse, etiam si neque auctoritate, neque dignitate, neque viri boni nobis praesunt: sic eos qui maiestatem nostram comiter conservare debent, liberos esse intellegendum est.

9. At sunt apud nos rei ex civitatibus foederatis: & in eos damnatos animaduertimus.

8. Paulus libro 3. ad legem Iuliam & Papiam.

Non ut a patre filius, ita vxor a marito iure postliminij recuperari potest: sed tunc, cum & vocaretur mulier, & adhuc alij post constitutum tempus impia non est, quod si voluerit nulla causa proba-

bili interveniente, poenis discidi tenetur.

9. Vlpianus libro 4. ad legem Iuliam & Papiam.

Apud hostes susceptus filius si postliminio reverti, filij iura habet, habere enim eum postliminium, nulla dubitatio, est post rescriptum Imperatoris Antonini, & Divi patris eius ad Quinimum Tertullum praesidem provinciae Mysiae inferioris.

10. Papinianus libro 29. Quaestionum.

Pater instituto impuberi filio substituerat, & ab hostibus captus decessit. postea defuncto impubere legitimum admitti, quibusdam videbatur: neque tabulas secundas in eius persona locum habere, qui viuo patre sui iuris effectus fuisset verum huic sententiae refragat iuris ratio: quoniam, si pater, qui (non) rediit, iam tunc decessisse intellegitur, ex quo captus est, substitutio sua vires necessario tenet.

1. Si mortuo patre captus impubes institutus, vel exheredatus in promptu est dicere, legem Corneliam de tabulis secundis nihil locutam eius duntaxa personam demonstrasse, sed testamenti factionem habuisse. Plane captivi etiam impuberes legitimum hereditatem per legem Corneliam deferri: quoniam verum est, ne impubere quidem factionem testamenti habuisse, & ideo non esse alienum, praetorem subsequi non minus patris, quam legis voluntatem, & vitales actiones in hereditatem substituto dare.

11. Idem libro 31. Quaestionum.

Quod si filius ante moriatur in civitate: nihil est, quod de secundis tabulis tractari possit: siue quoniam viuo patre filius familias morti intellegitur: siue quoniam, non reueto eo, exinde sui iuris videtur fuisse, ex quo pater hostium pretius est.

12. Trybinius libro 4. Disputationum.

In bello postliminium est: in pace autem his, qui bello capti erant, de quibus nihil in pactis erat comprehensum, quod ideo placuisse Servius scribit, quia spem revertendi civibus in virtute bellica migis, quam in pace, Romani esse voluerunt: verum in pace qui pervenerunt ad alteros, si bellum subito exarsisset, eorum servi efficiuntur, apud quos iam hostes suo facto deprehenduntur, quibus ius postliminij est tam in bello, quam in pace: nisi foedere cautum fuerat, ne esset his ius postliminij.

1. Si quis captus ab hostibus, hi, quos in potestate habuit, in incerto sunt, verum sui iuris facti, in adhuc pro filiis familiarum computentur, nam defuncto illo apud hostes, ex quo captus est, patres familiarum: reverti, numquam non in potestate eius fuisse credentur, ideo & de his, quae medio tempore acquirunt stipulatione, traditione, legato, (nam hereditate non possunt) tractatum est, ubi non est reuersus, si forte alij, vel in eorum, his exhereditis testamento, vel in partem instituti sunt heredes: verum in hereditate captivi, quae lege Cornelia inducitur an propria ipsorum sint, quod verius est, diversumque in his, quae per servos adquiruntur, merito: quia hi bonorum iurati, & esse periculis tantum sui iuris exinde, sibi quoque ideo adquisita intelleguntur.

2. Facti autem causa in facta nulla constitutio fieri possunt ideo eorum, quae vltimae capiebatur per se metipsum possidens, qui postea manens eum, interumpitur vltimae: quia certum est, eum possidere desisse, eorum vero, quae per subiectas iuri suo personas possidebat, vltimae captus, vel

vel si qua postea peculiari nomine comprehenduntur, Iulianus scribit, credi suo tempore impleri vltimae: quoniam remaneantibus istem personis in possessionem, Marcellus nihil interesse, ipse possidisset, an subiecta ei persona, sed Iuliani sententia sequendum est.

3. Medio tempore filius, quem habuit in potestate captivus, vxorem ducere potest: quoniam consentire nuptus pater eius non potest, nam vltimae nec dissentire, susceptus ergo nepos in reuersi captivi potestate, vltimae rediit: vltimae leges et quodammodo iurati, cum nuptus non consentiret, non mirum: quia illius temporis condicio necessitasque siciebat, & publica nuptiarum vtilitas exigebat.

4. Sed captivi vxor, tamen si maxime velit, & in domo eius sit, non tamen in matrimonio est.

5. Codicilli, si quos in tempore captivitatis scripserit, non creduntur iure suppleri confirmati testamento, quod in civitate fecerat, sed nec fideicommissum ex his potest: quia non sunt ab eo facti, qui testamenti factionem habuit, sed quia merum principium eorum in civitate constituto captivo, factum est, & est in testamento confirmatio codicillorum, & is postea revertens est, & postliminio ius suum recipit: humanitati rationi congruum est, eos codicillos sui iuris effectum habere, quasi in medio nulla captivitas intercessisset.

6. Cetera, quae in iure sunt, postea quam postliminio rediit, pro eo habentur, ac si numquam iste hostium potius fuisset.

7. Si quis servum captum ab hostibus redemerit, pretius est redemptis, quam si alienum fuisse, sed oblatio ei pretio, quod dedit, postliminio rediit, aut receptus esse servus creditur.

8. Et si ignorans captivum, existimans vendentis esse, redemit: an quasi vltimae videatur, scilicet ne post legitimum tempus offerendi pretij prior domino facultas sit, videmus. Nam occurrit, quod constituitur, quae de redemptis lata est, eum redimentis servum facit: & quod meum iam vltimae me, intelligi non potest. Rursum cum constitutio non deteriorem causam redimentium, sed si quo meliorem effecerit: pretium ius bonae fidei emptoris vltimae iniquum, & iniquum, & contra mentem constitutum est, ideoque transacto tempore, quanto, nisi constituto eum proprium fuisse, vltimae potuisset, nihil ex constitutione domini superesse, recte dicitur.

9. Manumittendo autem verum definit tantum dominus esse, & relictus ab eo servus in ius prioris domini redit: an & liberum eum fecit, ne praesertim libertatis dominij fiat translatio? certe apud hostes manus missus liberatur: & tamen si eum mancus dominus ipsius verus intra praesidia nostra fuisset, quamvis non secutum res nostra, sed dum eo consilio venisset, ut ad illos revertetur: servum retineretur postliminij, quod in liberis aliter erit: non enim postliminio reu: rebatur, nisi qui hoc animo ad suos venisset, ut eorum res sequeretur, illosque relinqueret, a quibus abisset, quia (ut Sabinus scribit) de sua qua civitate cuique constituti facultas libera est, non de dominij iure. Verum hoc non multum operat praesertim inspectione: quia in hostium iure manus missus obesse tunc nostro domino serui non potuit, de quo iuritur, lege nostra, quam constitutio fecit, eum Romanum dominum habuit: & an ab eo post libertatem adsequi, transactum, quid enim si manum illum pretium eius offerat, si nec conveniendi eius sit facultas? liber erit servus qui nullo merito suo poterit a domino libertatem consequi? quod est iniquum, & contra iustitiam a maioribus libertatis f. Bonem. Certe & vltimae, si ab hoc, qui sciens alienum esse redemit, si bona fide emisit, vltimae, si libertatem perducere potuit, & isto quoque modo pro domino, qui ante captivitatem fuerat, ius suum amittebat, quare igitur iste non habet ius manumit-

tendi? 10. Si servus fuerit, antequam ab hostibus caperetur, redemptus pendente condicione, suam causam retinebit.

11. Quid ergo, si ita libertatem acceperat, si decem milia dederit? quod situm est, unde dare debet, quoniam est concessum est statulibero de peculio dare: hoc tamen, quod apud hunc, qui redemit, habet, nunquid vice illius, sit, quod apud hostes quod fuisse: vltimae il ex re illius, aut ex operis suis quod situm est, ex alia autem causa, pro peculio potest dari, ita ut condicione benigna eum paruisse credantur.

12. Si pignori servus datus fuerat ante captivitatem: post dimissum redemptorem, in Beterem obligationem revertitur, & si creditor obulerat ei, qui redemit, quanto redemptus est: habet obligationem & in proprio debiti causam, & in eam summam, qua eum liberavit: quasi ea obligatione, quadam constitutione ind. ca: ut eum posterior creditor priori satisfaciat, confirmandi sui pignoris causam, si quod in hoc consera re. est, & posterior, qui apud nos esset prior, quia eum servum, ut apud nos esset, efficit, ab eo, qui tempore prior fuit, ut infirmo re dimittere est.

13. Si plurium servus fuerat, & omnium nomine ei qui redemit, restitutum pretium erit: in eum omnium redibit, si vnus tantum, vel quorundam, nec omnium: ad eum, esse, qui solverunt, pertinebit: ita ut in portione sua pristinum ius obtineat, & in parte ceterorum ei, qui redemit, succedant.

14. Si fideicommissa libertas debita captivo fuerit, redemptus nondum eam petere poterit, nisi redemptori facti fuerit.

15. Si deportatus ab insula hostes ceperunt, redemptus, quibus casibus redit, in eam causam venit, in qua futurus esset, si captus non fuisset, deportabitur igitur.

16. Sed si in captivo seruo talis praesertim causa, quae eius vel ad tempus, vel in perpetuum libertatem impediret, nec redemptione ab hostibus mutabitur, veluti si in legem Favianam commissis eum constituta: vel ita vicerat, ne manumitteretur, habebit autem interim sine poena sua, qui redemit.

17. Ergo de metallo captus, redemptus in praenam suam revertetur, nec tamen ut transfiga metalli puniendus erit, sed redemptus a sisco pretij recipiet: quod etiam constitutum est ab Imperatore nostro, & Diuo Severo.

18. Si namque ex Pamphila legatum tibi fuerit, tuque matrem redemeris, & ea apud te pepererit: non videri te partum ex causa lucrativa habere: sed officio, arbitrioque iudicis estimandam constituto pretio partus perinde, atque si quanto mater est empta, si nul & partus venisset, quod si tam natum apud hostes, quod eo tempore, quo capiebatur, videri gerbat: eam matrem redimat, ab eodem vno pretio oblato tanto, quantum ex pretio, quod pro viroque vnum datum est, estimationem contingere partus: & videat is postliminio reverti. Multo magis si diversis emptores vtriusque exierint, vel vni: Sed si suo quemque pretio redemerit, & offerat pro singulis quo: tebit redemptori, quod hosti pro quoquo datum est, ut separatim quoque postliminio reverti possint.

13. Paulus libro 2. ad Sabinum.

Si me tibi adrogandum dedissem: emancipato me, reverti ab hostibus filium meum loco nepotis tibi futurum, constituit.

14. Pomponius libro 3. ad Sabinum.

Utrum duae species postliminij sint, ut aut nos recuperantur, aut aliquid recipiamus: eo per filium revertatur, duplicem in eo causam esse oportet: postliminij: & quod pater eum receperit, & ipse ius suam. 1. Non ut pater filium,

uxorem maritus iure potestatis recipit, sed consensu redintegratur matrimonium.

15. Ulpianus libro 22. ad Sabinum.

Si pater redempto, & ante luitonem defuncto; filius post mortem eius, redemptionis quantitatem offerat: dicitur esse, si eum ei posse existere, nisi forte quis subtilius dicat hunc, dum moritur, quasi iure pignoris finito, nandum postliminium, & sine obligatione debiti obisse, ut poterit suum habere. quod non sine ratione dicitur.

16. Idem libro 23. ad Sabinum.

Retro creditur in ciuitate fuisse, qui ab hostibus aduenit.

17. Paulus libro 2. ad Sabinum.

Postliminio carent, qui armis victi hostibus se dederunt.

18. Ulpianus libro 35. ad Sabinum.

In omnibus partibus iuris is, qui reuersus non est ab hostibus, quasi tunc decessisse videtur, cum captus est.

19. Paulus libro 16. ad Sabinum.

Postliminium est ius amitte rei recipiende ab extraneo, & in statum pristinum restituende, inter nos ac liberos populos regesque, moribus legibus constitutum. Nam quod bello amittimus, aut etiam circa bellum: hoc si rursus recipiamus, dicitur postliminio recipere. Idque naturali equitate introducum est: ut, qui per iniuriam ab extraneis detinebatur, is ubi in fines suos redisset, pristinum ius suum reciperet.

1. Induitur sunt, cum in breuitate, & in praesens tempore conuenit, ne inuicem se laesant. quo tempore non est postliminium. 2. A piratis aut latronibus capti, liberi permanent. 3. Postliminio redisse videtur, cum in fines nostros intraverit, sicuti amittitur, ubi fines nostros excessit. Sed & si in ciuitatem sociam, amicumve, aut ad regem socium vel amicum venerit statim postliminio redisse videtur: quia ibi primum nomine publico tutus esse incipiat.

4. Transfuga nullum postliminium est. nam qui malo consilio, & proditoris animo patriam reliquit, hostium numero habendus est. Sed hoc in libero transfuga iuris est, siue femina, siue masculus sit.

5. Si vero seruus transfugerit ad hostes: quoniam & cum eam captus est, dominus in eo postliminiam habet: reditum dicitur, etiam ei postliminium esse: scilicet ut dominus in eo pristinum ius recipiat: ne contrarium ius non tam ipsi iniuriosum sit, qui seruus semper permanet, quam domino damnosum constituitur. 6. Si statuliber transfuga reuersus sit: exstante conditione, postquam redit, liber efficitur. Diuersum est, si condicio extiterit, dum apud hostes est: in eo enim casu neque si uerit potest, ut liber sit: neque heredi in eo ins postliminiam est: quia non potest quare, cum nullum damnus patitur libertate iam contingente, si non impediret, quod transfuga factus est. 7. Filius quoque familias transfuga non potest postliminio reueri, neque viuo patre: quia pater sic illum amittit, quem admodum patria: & quia disciplina castorum antiquior fuit parentibus Romanis, quam caritas liberorum. 8. Transfuga autem non is solus accipiendus est, qui aut ad hostes, aut in bello transfugit: sed & qui per indutiarum tempus, aut ad eos, cum quibus nulla amicitia est, fide suscepta transfugit. 9. Si is, qui emat ab hostibus, pluris alij ius pignoris, quod in re emptio habet, cesserit: non eam quantitatem, sed priorem redemptus reddere debet. & emptor habet actionem aduersus eum, qui vendidit, ex empto. 12. Postliminiam

hominibus est, cuiuscumque sexus, conditioneque sint: nec interea, liberi, an serui sint. nec enim soli postliminio recipiuntur, qui pugnare possunt: sed omnes homines, quia eius naturae sunt, ut uis esse vel consilio, vel aliis modis possint.

20. Pomponius libro 16. ad Sabinum.

Si captiuus, de quo in pace cautum fuerat, ut rediret, sua voluntate apud hostes manserit: non est ei postea postliminium. 1. Verum est, expulsi hostibus ex agris, quos ceperint, dominia eorum ad priores dominos redire, nec aut publicari, aut praedae loco cedere, publicatur enim ille ager, qui ex hostibus captus sit. 2. Redemptio facultatem redeundi praebet, non ius postliminij mutat.

21. Ulpianus libro 5. Opiniorum.

Si quis ingenuam ab hostibus redemptam eo antea secum habuerit, ut ex ea suscipere et liberos: & postea ex se natum sub titulo naturalis filij cum matre manumiserit: ignorantia mariti eiusdemque patris, neque statum eorum, quos manumississe uisus est, officere debet: & exinde intellegi oportet remissum mariti pignoris vinculum, ex quo de ea suscipere liberos oportet: ideoque eam, quae postliminio reuerfa, erat libera & ingenua, ingenuam peperisse constat. Quod si publice praeda uirtute militum reciperetur, nulli pretium mariti pater numerauerit: pro iure postliminio reuerfa, non cum domino, sed cum marito fuisse declaratur. 1. In ciuilibus dissensionibus, quamuis saepe per eas res publica laedatur, non tamen in exitium reipublice contenditur, qui in alterutras partes discedent, uice hostium non sunt eorum, inter quos iura captiuitatis, aut postliminiorum fuerint. & ideo captos, & uenudatos, posteaque manumissos placuit superuacuo repetere a principe ingenuitatem, quam nulla captiuitate amiserant.

22. Iulianus libro 62. Digestorum.

Bona eorum, qui in hostium potestate peruenere, atque ibi decesserint, siue testamenti factione habuerint, siue non habuerint, ad eos pertinent, ad quos pertinere, si in potestatem hostium non peruenissent: idemque ius in eadem causa omnium rerum iubeat esse lege Cornelia, quae futura esset, si hi, de quorum hereditatibus iureis constituebatur, in hostium potestate non peruenissent. 1. Apparet ergo, eadem omnia pertinere ad heredem eius, quae ipse, qui hostium potestatis est, habiturus esset, si postliminio reuertisset. porro quocumque serui captiuorum stipulantur, vel accipiunt, adquiri dominis intelleguntur, cum postliminio redierint: quare necesse est, etiam ad eos pertinere, qui ex lege Cornelia hereditate adierint. Quod si nemo ex lege Cornelia heredes extiterit, bona publica sunt. Legata quoque seruis eorum praesenti die, vel sub conditione ad heredem pertinent. Item si seruus ab extrero heredes institutus fuerit, iussu heredis capiti adire poterit. 2. Quod si filius eius, qui in hostium potestate est, accipit, aut stipulatur, id pater, priusquam postliminio rediret, mortuo, ipsi adquisitum intellegitur, & si uiuo patre decesserit, ad heredem patris pertinet: nam status hominum, quorum patres in hostium potestate sunt, in pendenti esse: reuerso quidem patre, estimatur numquam super potestatis fuisse: mortuo, tunc paterfamilias fuisse, cum pater eius in hostium potestate perueniret. 3. Quae peculiaria nomine serui captiuorum possident, eorum facta in telleguntur, si ibi decesserint, per legem Cornelianam ad heredem eorum pertinent. 4. Si quis, cum pregnantem uxorem haberet, in hostium potestatem perueniret, nato deinde filio, & mortuo, ibi decesserit: eius testamentum nullum est: quia & eorum, qui in ciuitate manserunt, hoc casu testamenta rumpuntur.

23. Idem

23. Idem libro 69. Digestorum.

Si quis, praegnate uxore relicta, in hostium potestate perueniret, mox natus filius eius, uxore duca, filium vel filiam procreauerit: tunc postliminio auius reuersus fuerit: omnia iura nepotis nomine perinde capiet, ac si filius natus in ciuitate fuisset.

24. Ulpianus libro 1. Institutionum.

Hostes sunt, quibus bellum publice populus Romanus decernit, vel ipsi populo Romano, ceteri latronum vel praedones appellantur. Et ideo, qui a latronibus captus est seruus latronum non est, nec postliminium illi necessarium est. Ab hostibus autem captus, ut puta a Germanis, & Partis, & seruis est hostium, & postliminio statum pristinum recuperat.

25. Martianus libro 14. Institutionum.

Diui Severus & Antoninus rescripserunt: si uxor cum marito ab hostibus capti fuerit, & ibidem ex merito enixa sit: si reuersi fuerint, iustos esse & parentes & liberos, & filium in potestate patris, quem admodum iure postliminij reuersus sit, quod si cum matre sola reuertatur: quasi sine marito natus, spurius habebitur.

26. Florentinus libro 7. Institutionum.

Nihil interest, quomodo captiuus reuersus est: utrum dimissus, an ui, vel fallacia potestatem hostium euaserit: ita tamen, si ea mente uenerit, ut non illo reuertetur. nec enim satis est corpore domum quem rediisse, si mente alienus est. Sed & qui uictis hostibus recuperentur, postliminio redisse existimantur.

27. Iulianus libro 9. ex posterioribus Libronis

Latrones tibi seruam eripuerant. postea is seruus ad Germanos peruenit. inde, in bello uictis Germanis, seruus uenerat. negant posse uicari eum ab emptore Labeo, Otilius, Trebatius: quia uerum esset, eum subreptum esse. nec quod hostium fuisset, aut postliminio redisset ei rei impedimento esse.

28. Labio libro 4. Pithanon a Paulo epitomarum.

Si quid bello captum est in praeda est, non postliminio redit. Paulus: Immo si in bello captus pace facta demum refugit, deinde renouato bello capitur: postliminio redit ad eum, ad quo priore bello captus erat: si modo non conuenit in pace, ut captiuus redderetur.

29. Idem libro 6. Pithanon a Paulo epitomarum.

Si postliminio redidisti: nihil, dum in hostium potestate fuisti, rescipere potuisti. Paulus: Immo si quid seruum tuum peculiij nomine, dum in eo statu esset, possederit: id quoque tempore rescipere poteris. quoniam eas res etiam inscientes rescipere solemus & eo modo etiam hereditas nondum nato posthumo, aut nondum adite, auggeri per seruum hereditarium solet.

30. Idem libro 8. Pithanon a Paulo epitomarum.

Si id, quod nostrum hostes ceperunt aius generis est, ut postliminio redire possit: simul atque ad nos redeundi causa profugit ab hostibus, & intra finem imperij nostri esse coepit, postliminio redisse existimandum est. Paulus: Immo cum seruus cuius non est ab hostibus captus, inde aufugit: & vel in urbe Roma tra est, ut neque in domum sui potestate sit, neque ulli seruiat: nondum postliminio redisse existimandum est.

DE RE MILITARI, TIT. XVI.

Ulpianus libro 6. ad Edictum. Miles, qui in comitatu agit non videtur recipi publicae causa abesse. 1. Arrius Menander libro 1. de Re militari.

Militum delicta siue admissa, aut propria sunt, aut cum ceteris communia: unde & persecutio aut propria, aut communis est. Proprium militare est delictum, quod quis ut miles admittit.

1. Dare se militem, cui non licet, graue crimen habetur: & augeatur, ut in ceteris delictis, dignitate, gradu, specie militis.

2. Modestinus libro 4. de Poenis.

Desertorem auditum, ad suum ducem cum eloquio praeses mittit: praeterquam si quid grauius ille desertor in ea prouincia, in qua reperiens est, admiserit: ibi enim eum plebs poena debere, ubi facinus admissum est Diui Severus & Antoninus rescripserunt. 1. Poena militum huiusmodi sunt: castigatio, pecuniaria multa, numerum inditio, militis mutatio gradus delectio, ignominiosa missio: nam in metallum, aut in opus metalli non daturur. nec tarquentur. 2. Emanfor est: qui diu vagatus, ad castra regreditur. 3. Desertor est: qui per prolixum tempus vagatus, reducitur.

4. Is, qui exploratione emanet hostibus insidibus, aut qui a fossato recedit, capite puniendus est.

5. Qui stationis munus relinquit, plus quam emanfor est. itaque pro modo delicti aut castigatur, aut gradu militis delectur. 6. Si praesidis, vel cum iussu praepositi ab excubatione quis desinat, peccatum desertionis subibit.

7. Si ad diem comitatus quis non ueniat: perinde in eum statuendum est, ac si emanfor, vel deseruisset, pro numero temporis: facta prius copia dandi, num forte casibus quibusdam detentus sit, propter quos uenia dignus uideatur.

8. Qui militis tempus in desertione impleuit, emerito priuatur.

9. Si plures simul primo deseruerint, deinde intra certum tempus reuersi sint: gradu pulsus in diuersa loca distribuendi sunt, sed ironibus parcendum est: qui si iterato hoc admiserint, poena competentia adducuntur.

10. Is, qui ad hostem confugit, & rediit, torquetur, ad bestiasque, vel in furca damnabitur: quamuis milites nihil eorum patiantur.

11. Et is, qui uolens transire, adprehensus est, capite puniatur. 12. Sed si ex improposito, dum iter quis facit, capitur ab hostibus: in spe ab uitae eius praecedentis adu, uenia ei dabitur. & si expleto tempore militiae redeat, ut ueteranus restituerit, & emerita accipiet. 13. Miles, qui in bello arma amittit, vel alienauit, capite puniatur. humanae militiam mutat. 14. Qui aliena arma subripuit, gradu militis pellendus est. 15. In bello qui rem a duce prohibitam fecit, aut mandata non seruauit, capite puniatur, etiam si res bene gesserit.

16. Sed qui agmen excessit: ex causa vel sustibus caeditur, vel mutare militiam solet.

17. Nec non & si vallum quis transcendat, aut per murum castra ingrediatur: capite puniatur.

18. Si uero quis fossam transiit, militia relectur. 19. Qui seditionem atrocem militum concitauit, capite puniatur. 20. Si intra uociferationem, aut leuem querellam seditionis mota est: tunc gradu militis delectur. 21. Et cum multi milites in aliquod sagittum conspicerent, si legio deficiat: uocari militia solet. 22. Qui praepositum suum protegere noluerunt, vel deseruerunt: occiso eo, capite puniuntur.

23. Arrius Menander libro 1. de Re militari.

Vi cum uo testiculo natus est, quive amittit: quare militis secundum Diui Traiani rescriptum. nam & duces Sylla & Cotta, memorantur eo habitu fuisse naturae. 1. Ad bestias datus si profugit, & militiae se dedit: quandoque inuentus, capite puniendus est. Idemque obseruandum est in eo, qui legi se passus est. 2. In insulam deportatus, si effugiens militiae se dedit, lectus vel dissimulauit: capite puniendus est.

3. Temporarily exilium uoluntario militi insulae relegationem adsignat. dissimulatio

perpetuum exilium. 4. Ad tempus relegatus, si expleto spatio f. g. militem se dedit: causa damnationis quaerenda est: ut, si contineat infamiam perpetuam, idem oblietur, si tractu de futuro sit, & in ordinem redire potest & honores petere militum non prohibetur. 5. Reu. capitalis criminis, volumarius miles secundum Dni Traiani rescriptum capite puniendus est. nec remittendus est eo, ubi reus postlatus est: si v. accedente causa militum audiendi. si dicta causa sit, vel requirendus adnotatus. 6. Ignominia missus, ad iudicem suum remittendus est, nec recipiendus postea volens militare, licet fuerit absolutus. 7. Adulterij vel alio quo iudicio publico damnatus, inter milites non sunt recipiendi. 8. Non omnes, qui litem habuit, & ideo militaverit, exauctorari iubetur: sed qui eo animo militavit sededit, ut sub obtentu militum preuorsore aduersario faceret. nec tam facile indulgendus est, extra ordinem indicatione, qui negotium antehabuerit, sed si in transactione recedit indulgendum est. Exauctoratus eo nomine non vitique infamis erit. nec prohibendus, litem finita militum eiusdem ordinis se dare, alioquin & si relinquat litem, vel transigat: recipiendus est. 9. Qui post desertionem in aliam militiam nomen deierant, legibus passim sunt, Imperator nosser rescriptis, & hos militaverit puniendo. 10. Gravior autem delictum est delectare minus militum, quam adpetere. nam & qui ad altitum olim non respondebant, ut proditores libertatis, in seruitutem redigebantur. sed mutato statu militum recedunt a capite pena est: quia plebunque volumarius militum numeri suppleunt. 11. Qui filium suum subtrahit militum belli tempore exilio & bonorum parte multandus est. si in pace, sustulit eum: & requisitus iuuenis, vel a patre postea exhibitus, in deteriore militiam standus est. qui enim se sollicitant ab alio veniam non meretur. 12. Eum, qui filium debilitavit dlectu per bellum indico, ut inhabilis militum sitis preceptum Dni Traiani deperatit. 13. Edicta Germanici Celsaris militum desertorem faciebant, qui diu assilisset, & is inter remanentes haberetur, sed si se redire quis, & offerat sese deprehensus offeratur: penam desertionis euat, nec inter, cui se offerat, vel a quo deprehendatur. 14. Lenius itaque delictum emansiois habetur, ut erroris in seruis, desertionis grauius, ut in fugiuit. 15. Examinatur autem causa semper emansiois, & cur, & ubi fuerit, & quid egerit, & datur vena valendi, si dicitur parentium, & ad finem: & si seruum iugentem persecutus est, vel si qua huiusmodi causa sit, sed & ignoranti adhuc disciplinam arum ignoscitur.

5. Idem libro 2. de Re militari.

Non omnes desertores similiter puniendi sunt: sed habetur & ordinis stipendiorum ratio, gradus militum vel loci inuenis deserti, & anteaque vitia, sed & numerus, si solus vel cum altero, vel cum pluribus deseruit, aliudne quid crimen desertioni aduerserit, ut tempus, quo in desertione fuerit, & eorum, que postea gesta fuerint. sed & si fuerit vitio reuersus, non eum necessitudine: non erit euasile fortis. 1. Qui in pace deseruit, eques gradu pellendus est: pedes militiam mutat. In bello idem aduultum capite puniendum est. 2. Qui desertioni aliquid crimen adiungit, grauius puniendus est, & si furum factum sit, vel luti alia desertio habebitur: ut si plagum factum, vel aggressus, abigetur, vel quid simile accesserit. 3. Desertor, si in vrbe inueniatur, capite puniri solet. alibi adprehensus, ex pro a desertione restitui potest. iterum deserendo capite puniendus est. 4. Qui in desertione tunc si optulerit: ex indigna Imperatoris auctri in insulam deportatus est.

5. Qui captus, cum poterat redire, non rediit pro transfiga habetur. Item eum, qui in praesidio captus est, in eadem condicione esse, certum est: si tamen ex improposito, dum inter facit, aut capitulatum fert, capitor quis: veniam meretur. 6. A barbaris remissos milites ita restitui oportere Hadrianus rescriptis. si probantur se captos euasile, non transfigisse. sed hoc licet liquido constare non possit, arguentis tamen cognoscendum est, & si bonus miles auctus maui: si prope est, ut adfirmatione eius credatur. si remanserit, aut negligens fuerit, aut aut segnis, aut extra cotubernium agens: non credetur ei. 7. Si post multum temporis redit, qui ab hostibus captus est: & captus eum, non transfigisse ostenderit: ut veteranus, est restituiendus: & praemia & emeritum capite. 8. Qui transfigit, & postea multos latrones adprehendit, & transfiga demonstret, posse ei parci Dni Hadrianus rescriptis. ei tamen polliceu ea, nihil permittit oportere.

6. Idem libro 3. de Re militari.

Omne delictum est militum, quod aliter, quam disciplina comunitis exigit, committitur: veluti legumina crimina, vel conuicia, vel desidia. 1. Qui manus intulit praeposito, capite puniendus est. augetur autem petulantiae crimen dignitate praepositi. 2. Contumacia omnis aduersus duces, vel praefectum militum capite puniendus est. 3. Qui in acie prior fugam fecit spectantibus militibus, propter exemplum capite puniendus est. 4. Exploratores, qui secreta nuntiauerunt hostibus proditores sunt, & lapidis poena luunt. 5. Sed & calligatus qui metu hostium languore simulauit in pari causa est. 6. Si quis commilitonem vulnerauit, si quidem lapide, militiam reiciatur: si gladio capitali admittit. 7. Qui se vulnerauit, vel aliam mortem sibi conseruit, Imperator Hadrianus rescriptis: ut modus eius rei status sit: visus impatentia doloris, aut tedio vitae, aut morbo, aut furore, aut pudore mori maluit: non animadueratur in eum, sed ignominia mittatur. si nihil tale praetendat, capite puniatur. Per vitium, aut lasciuia lapsus capitalis poena remittenda est: & militiam mutatio irroganda. 8. Qui praepositum suum non protexit, cum posset, in pari causa factori habendus est: si resistere non potuit, parcendum ei. 9. Sed & in eos, qui praefectum centuriae a latronibus circumuentum deseruerunt, animaduertit placuit.

7. Tatianus Paternus libro secundo de Re militari.

Proditores, transfigae plerumque capite puniuntur, & exauctorati torquentur: nam pro hoste, non pro milite habentur.

8. Ulpianus libro 8. Disputationum.

Qui status controuersiam patiuntur, licet re vera liberi sunt, non debent per id tempus nomen militum dare, maxime lite ordinata, siue ex libertate, in seruitutem, siue contra petantur. Nec hi quidem, qui ingeniti bona fide seruiunt. Sed nec qui ab hostibus redempti sunt, prius quam se luant. 9. Marcianus libro 3. Institutionum. Milites prohibentur praedia comparare in his prouinciis, in quibus militiam praeterquam si paterna eorum sicut distrahant. nam haec spectem Severus & Antoninus renuserunt. sed & stipendium impleti emerere permittuntur. Fisco autem vindicatur praedium illicite comparatum, si delatus fuerit. sed & si nondum delata causa, stipendia impleta sint vel militio contigerit: delationi locus non est. 1. Militio, si heredes extiterint, possidere ibi praedia non prohibentur.

10. Paulus libro singulari Regularum. Qui excubias palatii deseruerit, capite punitur. 1. Sed ex causa desertionis restituitur in militiam, non aliter hoc temporis stipendium, & donatiua accipit, nisi hoc liberalitas principalis ei specialiter indulerit.

11. Marcianus libro 2. Regularum. Ab omni militia serui prohibentur: alioquin capite puniuntur.

12. Marcianus libro 1. de Re militari. Officium regentis exercitum non tantum in danda, sed etiam in obseruanda disciplina constitit.

1. Paternus quoque scripsit, debere eum qui se meminerit armato praeselle, parcissime commeatum dare. equum militare extra prouinciam duci non permittit. ad opus priuatum, praesentium, venatum, militem non mittit. nam in disciplina Augusti ita cauetur. Esti scio, fabrilibus operibus exerceri militem, non esse alienum: verum tamen si quicquam permiserit, quod in vitium meum aut suum fiat: ne modus in ea re non adhibeatur, qui mihi sit tolerandus.

2. Officium tribunorum est, vel eorum: qui exercitum praefectum, milites in castris continere, ad exercitum producere, clausas portarum suscipere, vigiliis interdum circumire, frumentationibus commilitonum interesse, frumentum probare, mensuram fraudem coegere, delicta secundum suam auctoritatem modum castigare, principis frequenter interesse, querellas commilitonum audire, & uoluntarios inspicere.

13. Idem lib. 2. de Re militari. Milites agrum comparare prohibetur in ea prouincia, in qua bellica opera praegunt: scilicet ne studio culturae militia sua auocentur. & idcirco, domum comparare non prohibetur. Sed & agros in alia prouincia comparare possunt. Ceterum in ea prouincia, in qua propter praesidium castra uenerunt, ne sub alieno quidem nomine eis agrum comparare licet, alioquin sicut iudicabitur.

1. Si autem, qui contra disciplinam agrum comparauerit, nulla de ea re quaxione mota, missionem acciperit: iniquitatis prohibetur.

2. Illud conitatur, huius praescriptionis commodum ad eos, qui ignominiae causa missi sunt, non pertinere. quod praesidio loco veteranis concessum intellegitur: & ideo & ad eum, qui causaria missus est, potest dici pertinere: cum huic quoque praemium praestatur.

3. Missionum generales duae sunt tres: honestas, causaria, ignominiosa. Honestas est, quae tempore militum impleto datur. Causaria: cum quis vitio animi, vel corporis minus idoneus militum renuntiat. Ignominiosa causa est, cum, quis propter delictum sacramento soluitur. Et is, qui ignominia missus est, neque Romae, neque in sacro comitatu agere potest. Et si sine ignominiae mentione missi sunt, nihil minus ignominia missi intelleguntur.

4. Inuenerunt milites non tantum a tribuno, vel centurione, sed etiam a principali coercendus est. Nam cum, qui centurioni castigare se uolenti restiterit, ueteres notauerunt: si vitium tenuit, militiam mutat. si ex industria fregit, vel manum centurioni intulit: capite punitur.

5. Eius fugam, qui, cum sub custodia, vel in carcere esset, discesserit, in numero desertorum non computandam Menander scripsit: quia custodiae res fugam non militum deseruit. Eum tamen, qui carcere effraus fugerit, etiam si ante non deseruerit, capite puniendum Paulus scripsit.

6. Desertorem, qui a patre uero fuerat oblatus, in deteriore militiam Dni Pius dari iussit. ne uideatur (inquirit) pater ad supplicium optulisse. Item Dni Severus & Antoninus eum, qui post quinquagesimum desertionis se optulit, deportari iusserunt. Sed exceptum & in ceteris: si qui non debet in numero desertorum haberi. 17. Idem libro singulari de Re militari.

Qui comessu spatium excessit, eandem foris vel desertoris loco habendus est. habetur tamen ratio dierum, quibus tardius reuersus est: item temporis nauigationis, vel itineris. & si se probet ualitudine impeditum, vel a latronibus detentum, si milite casu moram passum, dum non tardius a loco profectum se probet, quam ut occurrere posset intra comessum, restituetur est.

1. Arma alienasse, graue crimen est: & ea culpa desertioni exequatur: utique si tota alienauit. sed & si partem eorum: nisi quod interest. nam si tibi, vel uerale alienauit: castigari uerbis debet. si uero lorica, scutum, galeam, gladium: desertori similis est. Tironi in hoc crimine facilius parceret, armorumque custodi plerumque ea culpa imputatur, si arma militi commisit non suo tempore.

15. Papianus libro 19. Responsorum. Ex causa desertionis notatus ac restitutus temporis, quod in desertione fuerit, impendit ex-pungitur, quod si ratio constiterit, neque desertorem fuisse apparuerit: omnia stipendia citra temporis finem redduntur.

16. Ulpianus libro 5. Sententiarum.

Qui metu criminis, in quo iam reus fuerat postulatus, nomen militum dedit, statim sacramento soluendus est. 1. Miles turbator pacis capite punitur.

DE CASTRENSI

peculio.

TIT. XVII.

Ulpianus libro 14. ad Edictum.

Si filius familias militis si peculium apud patrem remansit, sine testamento filio defuncto: pater ipse heres non fit: sed tamen heres si sit, quibus filius fuit.

2. Idem libro 67. ad Edictum.

Si filius familias miles decesserit, vel quidem in-stectatus, bona eius non quasi hereditas, sed quasi peculium patri deseruntur. si autem testamento factum, hic pro hereditate habetur castrensium peculium.

3. Idem libro 8. ad Legem Iuliam & Papianam.

Si mulier filio uiri militis, ad castrenses vel militares forte res comparandas, reliquerit pecuniam: utique castrensi peculio ea, quae comparantur, adnumerari incipiunt.

4. Tertullianus libro singulari de Castrensi peculio.

Miles praecipua habere debet, quae tulit secum in castra concedente patre.

1. Actionem, persequonemque castrensiu rerum semper filius etiam inuito patre habet.

2. Si pater familias militum tempore, vel post missionem, adrogandum se praebuerit: videndum erit, ne huic quoque permissa intellegatur earum rerum administratio, quas ante adrogationem in castris adquisierit, quoniam constitutiones principales de his loquantur, qui ab initio cum essent filius familias, militauerunt, quod admittendum est.

5. Ulpianus lib. 6. ad Sabinum.

Miles filius familias a commilitone, vel ab eodem quem per militiam cognouit, heres instituitur, & citra iussum patris, suo arbitrio recte pro herede gerit.

6. Idem libro 23. ad Sabinum.

Si militi filius familias uxor seruum manumittendae causa donauerit: an suum libertum fecerit, uideamus: quia peculiares & seruos, & libertos potest habere. & magis est, ut hoc castrensi peculio non adnumeretur: quia uxor ei non propter militiam nota est. Plane si militi proponas, ad castra cum marito uxorem seruos donasse, & magnanimitate, & habiles ad militiam libertos habere potest, dicitur, uoluntate sua, & propter militiam manumittentem ad libertatem perducere.

7. Idem libro 33. ad Edictum. Si castrensium peculium maritus habeat: in quantum facere potest, eodem modo patris. quod autem castrensibus creditoribus ex eo peculio magis est: eum cogi respondere.

8. Idem libro 45. ad Edictum. Si forte vxor, vel cognatus, vel quis alius non ex castrensibus notus filiofamilias donauerit quid, vel legauerit: & expresserit nominatim, ut in castrensi peculio habeat: an possit castrensi peculio adgregari: & non putet: veritatem enim spectamus, an verbum castrensis notitia vel affectio fuit, non quod quis finxit.

9. Idem libro 4. Disputationum. Proponatur filiusfamilias miles testamento facto extraneum heredem scripsisse, patre deinde superstiti decessisse, pater deliberante herede instituto & ipse diem functus deinde heres institutus repudiante hereditatem, quarebatur, ad quem castrensium peculium pertinet. Dicebam, castrense peculium filijfamilias, si quidem testatus decessit, quasi hereditatem deferri heredi scripto, siue extraneum scripsit heredem, siue patrem. Sed cum nihil de peculio decessit filius: non nunc obuenisse patri, sed non esse ab eo profectum creditur. Denique si seruo filij castrensi libertatem pater adscripserit, moxque filius viuo patre defunctus sit: non impeditur libertas: cum, si filius patri superuixerit, impeditur libertas. Vnde Marcellus putat necessarium quoque heredem seruum filij pecularem patri existeri posse, si filio pater superuixerit. Idem referebam, & si rem pecularem filij pater legauerit, nam eodem casu, quo libertatem competere diximus, legatum quoque vel debebitur, vel impeditur. Quibus ita praemissis: & in proposito dicebam, cum heres non adit hereditatem, retro peculium patris bonis accessisse, vnde velle dici, etiam aucta patris bona per hanc repudiationem, nec est nouum, ut ex post facto aliquis successorem habuisse videatur. Nam & si filius eius, qui ab hostibus captus est, decesserit, patre captiuo viuo: si quidem pater regrederetur, quasi filiusfamilias peculium haberet, enimvero si ibidem pater decesserit, quasi paterfamilias legitimus habeat successorem: & retro habuisse creditur eius successor ea quoque, quae medio tempore filius iste quaeque nec heredi patris, sed ipsi filio quaeque videbuntur.

10. Pomponii libro singulari Regularum. Ex nota Marcelli constat, nec patribus aliquid ex castrensibus bonis filiorum deberi.

11. Marciano libro 2. de Re militari. Castrense peculium est, quod a parentibus, vel cognatis in militiam agenti donatum est, vel quod ipse filiusfamilias in militia adquisiuit: quod, nisi militarem adquisiuit non fuit. Nam quod erant & sine militia adquisiuit, id peculium eius castrense non est.

12. Papiniani libro 14. Quaestionum.

Pater, qui dat in adoptionem filium militem, peculium ei auferre non potest, quod semel iure militia filius tenuit, qua ratione nec emancipando filium, peculium ei auferat, quod nec in familia retento potest auferre.

13. Idem libro 16. Quaestionum. Divus Hadrianus rescriptit in eo, quem militan-tem vxor heredem instituerat, filium exiitisse heredem: & ab eo seruos hereditarios manumissos, proprios eius libertos fieri.

14. Idem libro 27. Quaestionum. Filiusfamilias miles si captus apud hostes vita iungatur, lex Cornelia subueniet scriptis heredibus, quibus cessantibus, iure pristino peculium pater habebit.

1. Proxima species videtur: ut scriptis heredibus deliberantibus, quod seruum interim stipulatus est, vel ab alio sibi traditum accepit, quod quidem

ad patris personam attinet, si forte peculium apud eum rederit, nullius momenti videatur, cum in illo tempore non fuerit seruus patris. quod autem ad scriptos heredes, in iuspenso fuisse traditio, itemque stipulatio intelligatur. ut enim hereditarius fuisse credatur, post aditam sit hereditatem, sed paterna veterum nos mouet, quatenus & in illa specie, ubi iure pristino apud patrem peculium remanet, etiam adquisitio stipulationis, vel rei traditae per seruum fiat. 2. Legatum, quod ei seruo factum est, quamuis tunc propter incertum nulli sit adquisitum omisso testamento. patri tunc primum per seruum adquiritur: cum, si fuisset exemplo hereditatis peculio adquisitum, ius patris hodie non consideraretur.

15. Idem libro 35. Quaestionum. Pater, milite filio reuocato, quod donat, castrensi peculij non facit: sed alterius peculij, perinde ac si filius numquam militasset. 1. Si stipulanti filio spondeat, si quidem ex causa peculij, castrensi tenebit stipulatio. ceterum ex qualibet alia causa non tenebit. 2. Si pater a filio stipulatur, eadem distinctio seruabitur. 3. Seruus peculij, quod ad filium spectat, ab extero si stipuletur, aut per traditionem accipiat: sine distinctione causam res ad filium pertinet: non enim ut filius duplex ius sustinet, patris, & filijfamilias: ita seruus, qui peculij castrensis est, quique nullo iure, quamuis filius viuit, patri subiectus est, aliquid acquirere simpliciter stipulando vel accipiendo patri potest. Quae ratio suadet, ut si ab ipso patre seruus, qui ad filium pertinet, stipuletur ex quacumque causa, vel traditum accipiat: sic acquiratur filio res, & stipulatio, quemadmodum si exer promississet: quoniam persona stipulantis & accipientis ea est, ut sine distinctione causam, quod res agit, emolumentum filij spectet. 4. Si serui patris usufructum amiserit, cuius proprietatem in castrensi peculio filius habebat: plenam proprietatem habebit filius.

16. Idem libro 19. Responsorum. Otem filiofamilias datam, vel promissam, in peculio castrensi non esse respondi. nec ea res contraria videbitur: quod Diui Hadriani temporibus filiusfamilias militem vxorij heredem extitisse placuit, & hereditatem in castrense peculium habuisse, nam hereditas aduenicio iure queritur, dos autem matrimonio cohaeret, oneribus eius, ac liberis communibus, qui sunt in aui familia, conferuntur.

1. Hereditatem castrensi peculio non videri quae sitam respondi, quam frater patruelis in alia prouincia stipendia merens, fratri patrueli, cum quo numquam militauit, reliquit. sanguinis etenim ratio, non militiae causa meritum hereditatis accipiendae praebuerat.

17. Idem libro 2. Definitionum. Pater, qui castrense peculium inestati, filij retinebit, & alienum intra modum eius, & annum vitalem, iure praetorio soluere cogitur. Idem, si testamento scriptus heres exiit, perpetuo ciuilitate ut heres conuenietur.

1. Pater a filio milite, vel qui militauit heres institutus, testamento causam omisit, & castrense peculium possidet, legitimi heredis exemplo cogitur ad finem peculij perpetuo legata praerare, quod si filius post annum, quam militare deserat, iure communi testamento facti decesserit, ratio, ne Falcidia retinebitur quarta, ceterum si testamenti causam pater omisit, cum peculium creditoribus soluendo non esset: nihil dolo videbitur fecisse, quaeuis temporis incurrat compendium.

18. Marciano libro 1. Fideicommissorum.

Ex castrensi peculio seruus a patre heres institui potest, & filium necessarium heredem patri facit. 1. Et in summa ea res, hi actus patris, qui ad praesens alienationem alicuius iuris

de castrensi peculio praestant, impediuntur, hi vero: qui non statim quidem, sed postea efficere solent: eo tempore animaduertentur, quo habere effectum consueverunt: ut, si sit filius, cui auferatur: nihil agatur: si autem decesserit, actus patris non impediatur.

2. Itaque negabimus patrem, filio saluo, communi diuidendo agentem, proprietatem alienatum, exemplo dotalis praedij. Sed nec si socius vltro cum eo agat, quicquam agatur. veluti si cum eo ageret, cui bonis interdictum est.

3. Seruus ex eo peculio usufructus, item praedia tam viutro, quam ceteris seruitutibus pater liberare poterit, sed & seruitutes his acquirere, id enim & cum, cui bonis interdictum est, verum est conserui posse. Neque autem seruis ex eo peculio, neque praedij usufructum vel seruitutem imponere pater potest.

4. Si quando ex eo peculio filius rem alienam bona fide tenebit, an pater eius in rem, vel ad exhibendum actionem pati debeat, ut ceterorum filiorum nomine, queritur. sed verius est, cum hoc peculium a patris bonis separaretur, defensionis necessitatem patri non imponendam.

5. Sed nec cogendus est pater, & alienum, quod filius peculij nomine, quod in castrensi adquisiuit, fecisse dicitur, de peculio actionem pati. Et si sponte pariat: ut quilibet defensor fatidat filium in solidum, non peculio tenus defendere debeat.

6. Sed & eius filij nomine non aliter mouere actiones poterit, quam si satis dederit, eum ratam rem habiturum.

19. Tryphini libro 18. Disputationum.

De hereditate ab agnato commilitone data scatuola postea dubitabat: quia potuit & ante notus & amicus dare potuit: & non dare, nisi commilitoni. Arbitrat auxilium nobis ita videtur: si ante commilitonem, factum sit testamentum: non esse peculij castrensis eam hereditatem: si postea, contra.

1. Sed si seruus peculij castrensis a quocumque sit heres scriptus, ius militis adire debet hereditatem, & quae sit bonorum castrensis peculij.

2. Filiusfamilias paganus de peculio castrensi fecit testamentum: & dum ignorat, patri se suum heredem extitisse, decessit, non potest videri pro castrensi bonis testatus, pro patris intestatus decessisse, quamuis id in milite etiam nunc rescriptum sit: quia miles ab initio pro parte testatus, pro parte intestatus potuerat mori, quod ius iste non habuerit, non magis quam sine obseruatione legum facere testamentum. necessarium ergo castrensi peculij heres scriptus vniversa bona habebit: perinde ac si pauperimus facti testamento decessisset, ignorans & locupletatum per seruos alio loco agens.

3. Pater peculij castrensis filij seruum testamento liberum esse iussit, intestato defuncto, filiofamilias mox patre, queritur, an libertas seruo competit, occurbat enim, non posse dominium apud duos pro solido fuisse, denique filium posse manumittere talis peculij seruum, Hadrianus constituit. Et si testamento tam filij quam patris idem seruus accepisset libertatem, & vtrique pariter decessisset: non dubitaretur, ex testamento filij liberum eum esse. Sed in superiore casu pro libertate a patre data, illa dici possunt: numquid, quod ad vtratur iure concessio filius in castrensi peculio, eoque ius patris cessauerit, quod si intestatus decesserit filius, postliminij cuiusdam similitudine pater anti-quo iure habeat peculium, retroque videatur habuisse rem dominii.

4. Non tamen, (h) ut heres viuo filio viuo- tam seruo imposuit, dicitur cum post mortem intestati filij ex illa manumissione liberum factum esse.

5. Quid autem, si testamento fecerit filius, & non sit eius adita hereditas: non tam facile est di-

cere, continuatum patri post mortem filij rerum peculij dominij: cum medium tempus, quo deliberant institui heredes, imaginem successionis praestiterit, alioquin est adita sit ab iustissimo hereditas filij, dicitur a patre ad eum transisse proprietatem: quod absurdum est, si in pendenti, ut in alij, & in hac specie habeamus dominia, ut ex facto retro fuisse, aut non fuisse patris credamus. Secundum quod difficile erit expedire: si, dum deliberant heredes, dies cesserit legati seruo dari istius peculij testamento eius ex quo pater nihil capere potuisset: an id ad ipsum pertineat, cum vti- que ad heredem filij pertinet. Facilius tamen de libertate serui deliberatio est in specie, in qua intestatus filius decessisse proponitur, non est ergo ratio respondendi, competere libertatem eo tempore datam, quo non fuit in dominij patris. Favorabilem tamen sententiam contrariam in vtroque casu non negamus.

20. Pauli libro singulari ad Regulam Caetonianam.

Ed si ponas filium testamentum fecisse, & patrem heredem instituisse: cum vti que pater, testamento suo, seruo filij libertatem dedisset, quia ad eum ex testamento filij pertinere coepit: videndum est, numquid ei comparari debeat, qui, cum Manuiteretur, alienus erat, deinde postea adquisitus est. sed, fauorabile est, libertatem a patre relictam admittere, & ab initio patris esse cum videri, ex hoc quod postea contigit, ostenditur.

DE VETERANIS,

TIT. XVII.

Arrius Menander libro 3. de Re militari.

Veteranorum privilegium inter cetera etiam in delictis habet praerogatiuam, ut separentur a ceteris in poenis: nec ad Vellas itaque veteranus datur, nec fustibus caeduntur.

2. Pluribus libro 3. Opiniorum.

Honore sacramento solutus data immunitas, etiam in eis ciuitatibus, apud quas incolunt, vale. Nec labefactur, si quis eorum voluntate sua honorem aut munus susceperit.

1. Vestigalia, & patrimoniorum onera sollempnia omnes sustinere oportet.

3. Marciano libro 2. Regularum.

Veteranis & liberis, veteranorum idem honor habetur, qui & decurionibus, igitur nec in metallum damnabuntur, nec in opus publicum, vel ad beatias: nec fustibus caeduntur.

4. Pluribus libro 4. de officio proconsulis.

Vix sternenda immunitatem veteranos non habere, Iulio Sossiano veterano relatum est. Na, nec ab intributionibus, quae possessionibus sunt, veteranos esse excusatos, palam est.

1. Sed & naues eorum angariari posse, Aelio Firmo & Antonino Clario veteranis rescriptum est.

5. Pauli libro singulari de Co-

gnitionibus. Veteranos Diuus Magnus Antoninus, cum patre suo rescriptit a nauium fabrica excusari.

1. Sed & ab exactione tributorum habent immunitatem, hoc est, ne exactores tributorum con-

2. Sed veteranis, qui passibus in ordinem legi-

24. *Scapula* libro 2. Digestorum.
Constitutionibus principum continetur, ut pecuniae, quae ex detrimento soluitur, usque non praesentur. & ita Imperator Antoninus & Verus Augusti rescripserunt his verbis: Humanum est reliquorum usuras neque ab ipso, qui ex administratione honoris reliquatus est, neque a fideiussore eius, & multo minus a magistratibus, qui cautionem acceperint, exigi, cui consequens est, ut in futurum a forma observata discedatur.

25. *Ulpianus* libro 1. ad Edictum praetoris.
Magistratus municipales, cum vnum magistratum administrant, etiam vnius hominis vicem sustinent. & hoc plerumque quidem lege municipalibus eis datur: verum est non sit datum, dummodo non denegatum moribus compedit.

26. *Papianus* libro 1. ad Edictum.
Aequae magis imperij sunt, quam iurisdictionis, magistratus municipalis facere non potest.
1. Magistratibus municipalibus non permittitur in integrum restituere, aut bona rei seruandae causa in heredi possidere, aut donis seruandae causa, vel legatorum seruandorum causa.

27. *Ulpianus* libro 2. ad Edictum.
Eius, qui manumissus, municeps est manumissus, non domicilium eius, sed patriam sequutus. Et si patronum habeat duorum civitatum municipalem, per manumissionem eandem civitatum erit municeps.

28. *Papianus* libro 1. ad Edictum.
Si quis in colonia sit, non in colonia, sed in municipio semper agit; in illo vendit, emittit, contractat, in foro, balneo, spectaculis vitatur: ibi se a die celebrat; omnibus denique municipij commodis, nullis coloniarum fructibus magis habere domicilium, quam ubi colendi causa decesserit.

29. *Papianus* libro 1. Digestorum tractat: si quis in duobus locis aequaliter, neque hic, neque illic, minus frequenter commoretur: ubi domicilium habeat, existimatione, animi esse accipiendum.
1. Si quis in duobus locis aequaliter sit animo, an possit quis duobus locis domicilium habere. & verum est habere, licet difficile est, quemadmodum difficile est sine domicilio esse quemquam, puto autem hoc procedere posse, si quis domicilio relicto nauiget, vel iter faciat, quatenus, quod se conferat, inque ubi constituat, nam hunc puto sine domicilio esse.
2. Domicilium autem habere potest & relegatus eo loci, unde arceatur, ut Marcellus scribit.

30. *Papianus* libro 1. ad Edictum.
Inter conuenientes & de re maiori apud magistratus municipales ageatur.

31. *Ulpianus* libro 1. ad Edictum praetoris.
Incola & hic magistratibus parere debet, apud quos incolae est: illi, apud quos civis est. nec tantum municipali iurisdictioni in utroque municipio subiectus est, verum etiam omnibus publicis muneribus fungi debet.

32. *Ulpianus* libro 61. ad Edictum.
Vi ex vico ortus est, eam patriam intellegitur habere, cui reipublice vicus ille respondet.

33. *Marcellus* libro 1. Digestorum.
Nihil est impedimento, quo minus quis, ubi velit, habeat domicilium, quod est interdictionum non sit.

34. *Modestinus* libro 4. Differentiarum.
Aique de sponsa est, ante contrahat nuptia, sum non mutat domicilium.

35. *Idem* libro 1. de Manumissionibus.
Omnia communia nostra patria est.

36. *Idem* libro 3. Regularum.
Incola iam muneribus publicis destinatus, nisi iussu suo muneribus publicis renuntiare non potest.

37. *Idem* libro 6. Excusationum.

Cite oportet, quoniam qui in agro permanet, incola esse non existimatur, qui enim illius civitatis praecipuus non vitur, non existimatur esse incola.

38. *Idem* libro 1. Responsorum.

Titius, cum esset Romae studiorum gratia, epistula mittit ad magistratibus patriae suae, ut porrigeret Imperatori decretum eiusdem civitatis, quod erat cum ipsa epistula missum, is autem, qui suscepisset literas, restituenda, collusione facta, deum Lucio Titio, qui & ipse Romae morabatur suae rei gratia, sublato Titii nomine, cui erat decretum missum, ut per ipsum daretur, suum nomen scripsit, & sic Imperatori decretum secundum mandata reipublice dedit, quare, qui viderunt petere ab ea potuissent: & quid comidisse videtur is, qui non restituit literas, ei cui restituere mandatum iurisperit: & qui sublato alieno nomine, in scriptoque suo, quatuor iussus a patria, decretum Imperatori porrexit. Herennius Modestinus respondit, Titium quidem vaticum petere non posse, sed eum, qui nomen incidit.
1. Titius pro pecunia publica, quam ipse credit, pignus accepit, pacto facto cum debitore, non oluto debito, sine vlla re promissione distulatur pignus, succedentes gradus in locum Titij non en & pignus probauerunt vique ad Marcellum, ex venditione pignoris propter re promissionem a magistratu venditibus factam, de modo fundi demonstratio, factis debito factum non est, quarebatur, quis reipublice tenetur. Herennius Modestinus: Titium, cum successores eius periculum nominis agnouerint, eo nomine obstridum non esse respondit. sed nec potest magistratus, qui vendidit proponuntur, cum videlicet pluris vendiderunt propter mensuram agri demonstratorem; & hoc, quia pluris vendiderunt, restituere, minore modo deprehensio, iussu sunt. cum igitur, qui nouissimus nomen probauit, indemnitate reipublice satisfacere debere, si nomen ad successorem idoneum transfussisse non doceatur.

39. *Callistrus* libro 1. de Cognitionibus.
De iure omnium incolarum, quos quaque civitates sibi vindicant, praesidium provinciarum cognitio est. Cui tamen se quis negat incolam esse, appropinquat praesidem provinciae agere debet, sub cuius cura est ea civitas, a qua vocatur ad munera: non apud eam, ex qua ipse se dicit otiosum esse. Idque Diuus Traianus rescripsit mulierij, quae aliunde operata, alibi nupta est.
1. Liberos eo loco munus facere debere, unde patrona erit, & ubi ipsi domicilium habebunt, placet.
2. Mulieres, quae in matrimonium se dederint non legitimum, non ubi muneribus fungendas, unde maritus earum sunt, sciendum est: sed unde ipse ortus sunt, idque Diui fratres rescripserunt.

40. *Papianus* libro 2. de Constitutionibus.

Imperatores Antoninus & Verus rescripserunt, gratiam se facere iurisdictioni ei, qui iurauerat se ordinem non interfuturum, & postea diuini creatus esset.
1. Item rescripserunt, colonos praediorum fisci, muneribus fungi sine damno fisci oportere, idque ex eorum praeside adhibito procuratore debere.
2. Imperatores Antoninus & Verus rescripserunt, ad magistratus officium pertinere, ut ad id in pecunia legatorum, & si cessauerint, ipsos, ut heredes conueniant, aut, si soluendo non sint, fideiussores eorum, qui pro his cauerunt.
3. Item rescripserunt, mulierem, quamdiu nupta est, incolam eiusdem civitatis videri, cuius maritus eius est: & ibi, unde originem trahit, non cogi muneribus fungi.
4. Item rescripserunt, patris, qui consilio filium, emancipauerat, se pro magistratu eius esse, & ibi, unde bona reberi, aut

41. *Idem* libro 3. de officio Proconsulis.

Generaliter id erit defendendum, ut i clementiam sententiam passus est ob hoc, quod ad

que si fideiussor pro eo existit.
5. Item rescripserunt, eam quirituram municeps quis sit, ex ipsius etiam rebus probationes futuri oportere, nam solam nominis similitudinem ad eandem mandam cuiusque originem satis non esse.
6. Imperatores Antoninus & Verus rescripserunt, non minus eos, qui compulsi magistratibus agnoscere debere, quam qui sponte officium agnouerunt.

DE DECURIONIBVS & filiis eorum. TIT. II.

Ulpianus libro 2. Opiniorum.

Decuriones, quos sedibus civitatis, ad quam pertinent, relictis, in alia loca transmigrasse probabitur, praesens pronuntia in partium solum reuocare, & muneribus congruentibus fungi curet.

2. *Idem* libro 1. Disputationum.

Quid ad tempus delegatus est, decurio sit, desinit de decuria, reuersus plane locum suum quidem non optinebit: sed non semper prohibetur decurio fieri. Denique in locum suum non restituetur, nam & sublegi in locum eius potest: & si numerus ordinis plenus sit, exspectare eum oportet, donec alius vacet. Alia causa est eius, qui ad tempus ordine remouetur: hic enim impleto tempore decurio est: sed & in huius locum sublegi potest: sed & si plenum locum inuenit, exspectat, & donec vacet.
1. Restitutus tamen in ordinem, verum in huius ordinem tenet, quem primum habuit, an vero quem nunc nactus est, quae potest, si forte de ordine sententiam dicentium agatur, arbitror tamen eandem ordinem tenere, quem pridem habuit. Non idem erit in eo, qui relegatus ad tempus est, nam hic veluti novus in ordinem venit.
2. In filiis decurionum quaestio est, utrum is sit decurionis filius esse videatur, qui conceptus & natus est ex decurione, an vero & is, qui ante natus est quam pater decurio fieret. & quidem quantum perinet ne suffragii esse debeat, & ne in metallicum detur, non nocet pater esse natum, si postea honor decurionis patri eorum accesserit. In alio quoque Papianus idem respondit, ne patris nota filius macularetur.
3. Sed si pater ipse ordine motus sit: si quidem ante conceptionem eius moueatur: arbitror eum quasi pater filium in honore spectari, quod si post conceptionem pater ipsius dignitatem amiserit, dicendum erit benigne, ut decurionis filium inueniam.
4. Proinde hic quoque, qui post patris relegationem natus sit, si quidem ante conceptus est, similis senatoris filio habebitur, si postea, nocent illi relegatio.
5. Si ad tempus ordine motus pater fuerit natus, & medio die tempore conceptus, & editus, an quidam decurionis filius, nascatur, licet pater eius ante obierit: quam in ordinem venerit, quod benigne erit admittendum.

6. Praeterea si conceptus sit a plebeio, mox ante editionem pater eius decurionatum adeptus, ante editionem amiserit: non infamabiliter quis medium tempus illi prodesse, veluti iam nato respondet.
7. Nullum patri delictum innocenti filio peccat est, ideoque nec ordi ne decurionum, aut ceteris honoribus propter eiusmodi causam prohibetur.
8. Miores annis quinquaginta quinq; ad decurionatus honorem inuocari constitutionibus prohibentur, sed si ei rei consenserint, est maiores annis septuaginta sint, munera quidem ciuilia obire non coguntur, honores autem gerere debent.

3. *Idem* libro 3. de officio Proconsulis.

Generaliter id erit defendendum, ut i clementiam sententiam passus est ob hoc, quod ad

tempus relegatus, boni consilium debeat humanitatis sententiam, nec decurionatum recipiat.

1. Sed si quis ob fallam causam, vel aliam de grauioribus, non ad tempus sit relegatus, sed ad tempus ordine motus, in ea est causa, ut possit in ordinem redire. Imperator enim Antoninus edicto proposito statuit, ut, quicumque, aut quacumque causa, ad tempus ordine, vel ad decurionibus, vel quo alio officio, iussu interdictionum, completo tempore nihilominus fungi honore, vel officio possit, & hoc recte: neq; tunc exaggeranda fuit sententia, quae modum interdictioni fecerat.
2. Spiritus posse in ordinem allegi, nulla dubitatio est, sed si habeat competitorum legitimum, quae sum praesertim eum oportet, Diui fratres, Lolliano Auito Bithyniae praesidi rescripserunt, Cessantibus vero his, etiam spurijs ad decurionatum, & re, & vita honesta recipientur, quod vique non fordi erit ordinem ex utilitate eius sit, semper ordinem plenum habere.
3. Eis, qui Iudaicam superstitionem sequantur, Diui Severus & Antoninus honores ad ipsi permiserunt, sed & necessitates eis impouerunt, qui superstitionem eorum non laxerunt.

4. *Macrianus* libro 1. de Iudicijs publicis.

Decurio, qui prohibetur conducere quaedam, iure successerit in conductione: remanet in ea, quod & in omnibus similibus seruandum est.

5. *Papianus* libro 2. Quaestionum.

Ad tempus ordine motus ex crimine, quod ignominiam importat: in perpetuum inueneri placuit, ad tempus autem exulare iussos, ex crimine leuiore, veluti transactio negotio, non esse inter infames habendos.
6. *Idem* libro 1. Responsorum.
Pueri decuriones sunt, ideo fieri potest, ex infamia quoque natus, non enim impedienda est dignitas eius, qui nihil admittit.
1. Miores viginti quinque annorum decuriones facti, sporulas decurionum accipiunt, sed interim suffragium inter ceteros ferre non possunt.
2. Decurio etiam sine civitate vel suffragio exercere prohibetur.
3. Qui iudicij publici quaestionem citra veniam abolitionis deseruerunt, decurionum honori decorari non possunt, eum ea Turpilliano senatusconsulto nocentur ignominia, veluti calumniae causa iudicio publico damnati.
4. Pater, qui filio decurionis creatio prouocauit, si praescriptione temporis exclusus fuerit, quod gestum est, non habuit rationem muneribus ciuilibus pro filio non tenebitur.
5. Priuilegijs cessantibus ceteris, eorum causa potest haberi in sententijs ferendis, qui pluribus eodem tempore suffragijs iure decurionis decorati sunt. Sed & qui plures liberos habet, in suo collegio primus sententiam rogatur, ceterosque honore ordine praecellit.

7. *Papianus* libro 1. Sententiarum.

Honores & munera non ordinationi, sed potioribus quibusque iniungenda sunt.
1. Surdus, & mutus: si in eorum non iudicant, aut non loquuntur, ab honoribus ciuilibus, non etiam a muneribus excluduntur.
2. Is, qui non sit decurio, diuiniuratus, vel alius honoribus fungi non potest, quia decurionum honoribus plebis fungi prohibetur.
3. Ad decurionatum filij ita demum pater non confertur, si contrariam voluntatem vel apud aetate praesidis, vel apud ipsum ordinem, vel quo alio modo confectus sit.
8. *Hermogenianus* libro 1. Epitomarum.
Decurionibus facultatibus lapsis alimenta decurioni permittuntur, si ob munificentiam in patriam patrimonium exhauserint.
9. *Papianus* libro 1. Decretorum.
Senatus Augustus dixit: Et si probaretur Titius

In seruitute patris sui manus: tamen, cum ex libera muliere sit procreatus, non prohibetur decurio fieri in sua ciuitate. 1. Non esse dubitandum, quin nauicularij non debent decuriones creari?

10. Modestinus libro 1. Responsorum.

Herennius Modestianus respondit, sola alvi praescriptione minime decurionem factum, qui secundum legem decurio creatus non fit.

11. Callistratus libro 1. Cognitionum.

Non tantum qui tenent aetatis, sed etiam qui grandes nati sunt decuriones fieri prohibentur: illi quasi inhabiles reipublicam tueri ad tempus excusantur: hi vero in perpetuum amouentur. non alia sed mores: ne seniorum excusatione iuniores omerentur ad omnia munera publica suscipienda solliciti. neque enim minores viginti quique annis decuriones allegi, nisi ex causa possint. neque hi, qui aonum quinquagesimum & quintum excesserint, non minus quam etiam longa consuetudo in ea re obseruata, respicienda erit. quod etiam custodiendum princeps nostri consulti de allegendis in ordine Nico medensium huius aetatis hominibus rescripserunt.

12. Idem libro 6. Cognitionum.

Eo, qui uentilia negotiantur, & vendunt, licet ab aedilibus excluduntur, non oportet, quod uiles personas negligi, denique non sunt prohibiti huiusmodi homines decurionatum, vel aliquem honorem in sua patria petere: nec enim infames sunt. sed ne quidem arcantur honoribus, qui ab aedilibus flagellis celsi sunt, quoniam iure suo ita aediles officio isto fungantur. inhonestum tamen puto esse, huiusmodi personas flagellorum ictibus subiectas in ordinem recipi: & maxime in eis ciuitatibus, quae copiam uirorum honestorum habeant. nam paucitas eorum, qui muneribus publicis fungi debeant, necessaria etiam hos ad dignitatem municipalem, si facultates habeant, inuocet.

13. Papirius Iustus libro 2. de Constitutionibus.

Imperatores Antoninus & Verus Augusti rescripserunt, in tempore re legatos, & reuersos, in ordinem allegi sine permisso principis non posse. 1. Item rescripserunt, re legatos non posse tempore finito in ordinem decurionum allegi, nisi eius gratia fuerint: ut nondum decuriones creari possent: & dignitas certa spem eius honoris, id faceret, ut princeps indulgere possit. 2. Item rescripserunt, eum qui in re legatione natus est, non prohiberi honore decurionatus fungi. 3. Item rescripserunt, non admitti contradicere uolentem, quod non recte quis sit creatus decurio, cum initio contradicere debuerit.

14. Paulus libro 1. Questionum.

De decurione damnato non debere, quae questionem haberi, Diuus Pius rescripsit. unde etiam si deserit decurio esse, deinde damnetur: non esse torquendum, in memoriam prioris dignitatis placet.

DE ALIO SCRIBENDO,

TIT. III.

Ulpianus libro 3. de officio Proconsulis.

Decuriones in alio ita scriptos esse oportet ut lege municipali praecipitur. sed si lex cessat, tunc dignitates erunt spectandas, ut scribantur eo ordine, quo quisque eorum maximo honore in municipio fundus est: puta qui duumviratum gesserunt, si honore praecellat: & inter duumvirales antiquissimi quisque prior: deinde hi, qui secundo post duumviratum honore in republica functi sunt. post eos, qui tertio, & deinceps. mox hi, qui nullo honore fun-

di sunt, prout quisque eorum in ordinem uenit.

1. In sententiis quoque dicendis idem ordo spectandus est, quem in alio scribendo diximus.

2. Idem libro 2. Opiniorum.

Alvo decurionum municipio nomina ante scribi oportet eorum, qui dignitates principis iudicio consequuti sunt: postea eorum, qui tantum municipalibus honoribus functi sunt.

DE MUNERIBVS, ET HONORIBVS,

TIT. IV.

Hermogenianus libro 1. Epitomarum.

Munerum ciuilium quaedam sunt patrimonij, alia personarum. 1. Patrimonij sunt munera rei uehicularis, item nauicularis, de cetero primarij, ab istis enim periculo ipsorum excusationes sollemnitati celebrantur. 2. Personalia ciuilia sunt munera defensionis ciuitatis, id est, ut uindicis fiat, legatio ad censum accipiendum, vel patrimonium, & (scribitur) κερμηλοειδ. id est, camelorum agitatio, exhibitioque annonae ac similibus cura, praediorumque publicorum, frumenti comparandi, aquaeductus, equorum circensium spectacula, publice uis manitiones, arce frumentariae, calefactiones thermarum, annonae diuisio, & quaeuisque alia cura istis sunt similes. ex his enim, quae retulimus, cetera etiam per leges ciuili quoque ciuitatis, ex consuetudine longa intellegi poterunt. 3. Illud tenendum est generaliter, personale quidem munus esse, quod corporibus, labore, eum sollicitudine animi ac uigilantia sollemniter extitit, patrimonij uero, in quo sumptus maxime consistunt. 4. Quae personale munus est uetula, cura adulti, furiosive, item prodigi, quae etiam uentri, etiam ad exhibendum ciuim, potum, lectum, & familiae. sed & in bonis cuius officio uisitationis interpellantur, ac ne dehiore liberentur, prouideat, sic ex Carboniano edito honorum possessione penia si satis non detur, custodiendis bonis curator datus personali fungitur munere. His similes sunt bonis dati curatores, quae fuerunt eius, qui ab hostibus captus est, & reuerti speratur. Item custodiendis ab eo relictis, eui necdum quicquam ciuili, vel honorario iure successit, curatores constituiti.

2. Ulpianus libro 11. ad Sabinum.

Quod ad honores pertinet, creditur in potestate filium habere etiam is, qui in patris potestate est.

3. Idem libro 2. Opiniorum.

Et qui originem ab urbe Roma habent, si alio loco domicilium constituerunt, munera eius sustinere debent. 1. His, qui castri operam per militiam dant, nullum municipale munus iniungi potest. ceteri autem priuati, quamuis militum cognati sunt, legibus patriae suae & prouinciae obedire debent.

2. Si in metallum datur, in integrum restitutus sit: perinde ac si nec damnatus fuisset, ad munera vel honores uocatur. nec opponit fortunam & casus tristereos suos ad hoc solum. ne patriae idoneus ciuis esse uideatur. 3. Corporalia munera feminis ipse iexus denegat: quo minus honores, aut munera iniunguntur. 4. Filio, si nullam habet excusationem, intercedere pater, in cuius potestate est, ius non habet. 5. Quod pater non consentit honoribus siue muneribus filij: ne illius patrimonium oneri subiciatur, praestat defensionem: non ciuem patriae uelit tribui, quatenus potest, aufert.

6. Quamuis maior annis septuaginta, & quinque liberorum aequalium pater sit, ideoque a muneribus ciuilibus excusetur: filij tamen eius suo nomine competentia munera agnoscere debent. ideo enim proprium praemium immunitas is propter filios patribus

Patrius datum est, quod illi subibunt. 7. Virricos onera munerum ciuilium nomine priuigni sui suscipere nulla iuris ratione cogitur.

8. Liberti muneribus fungi debent apud originem patronorum: sed si sua patrimonialia habent suffectura oneribus, res enim patronorum muneribus libertorum subiecta non est.

9. Quod pater in reatu, criminis alicuius est, illis impedimento ad honores esse non debet.

10. Decaprotos etiam minores annis viginti quibusque fieri, non militantes tamen, pridem placuit: quia patrimonij magis onus uidetur esse.

11. Excusationem tributorum, onus patrimonij esse constat.

12. Cura frumenti comparandi munus est: & ab eo aetas septuaginta annorum, vel numerus quinque incolumium liberorum excusat.

13. Eos milites, quibus superuenientibus hospitalia praesertim in ciuitate oportet, per uices ab omni bus, quos id munus contingit, suscipi oportet.

14. Munus hospitij in domo recipiendi, non personae, sed patrimonij onus est.

15. Praesertim prouinciae prouideat, munera & honores in ciuitatibus aequaliter per uices secundum aetates, & dignitates, & gradus munerum, honorumque, qui aditus status habent, iniunguntur sine discrimine & frequenter idem oppressis, simul uis & uiribus reipublicae destituantur.

16. Si duo filij in patris potestate sint, eodem tempore munera eorum pater sustinere non compellitur. 17. Si is, qui duo filios reliquit, nihil de expediendis muneribus alterius filij ex communi patrimonio suppressis suis dedit: propriis sumptibus is & munera, & honores: qui ei iniunguntur, suscipere debet, quamuis pro altero uisus pater ciuili modo onera expegerit.

4. Idem libro 3. Opiniorum.

Vra extruendi vel rescindi operis in ciuitate, munus publicum est, a quo quinque liberorum incolumium pater excusetur, nec si per vim extoritur munus fuerit, excusationem, quam habet ab aliis muneribus, aufert.

1. Deficientium facultatibus, ad munera, vel honores, qui indicuntur, excusatio non perperua, sed temporalis est. nam si ex uoto honestis rationibus patrimonij incrementum acceperit, suo tempore, an idoneus sit aliquis ad ea, quae creatus fuerit estimabitur.

2. Inopes onera patrimonij ipsa non habendi necessitate non sunt inerti: corpori autem indita obsequia soluitur.

3. Qui obnoxius muneribus suae ciuitatis fuit, non men illi, de fugiendi oneris municipalis gratia, dedit: deteriorem causam reipublicae facere non potuit.

5. Scutella libro 1. Regularum.

Nauicularij, & mercatores olearty, qui magnam partem patrimonij ei rei contulerunt: intra quinquennium muneris publici vacationem habent.

6. Ulpianus libro 4. de officio proconsulis.

Rescripto Diuorum fratrum ad Rutilium Lupum ita declaratur: Constitutio, qua caueum est, prout quisque decurio creatus est, ut ita & magistratum aspicatur, totiens seruari debet, quotiens idoneos & sufficientes omnes contingit. ceterum si ita quidam tenues & exhausti sunt, ut non modo publicis honoribus pares non sint, sed & uix de suo uisum sustinere possint: & mandati magistratum praesertim cum sint, qui conuenienter ei, & lux for eunz, & splendore publico possint creari, sciant igitur locupletiores, non debere se hoc praetextu legis uisum de tempore, quo quisque in curiam allegitur sit, inter eos demum esse querendum, qui probubstantia sua capiunt honoris dignitatem.

7. Debitorum rerum publicarum ad honores iniuari non posse, certum est, nisi prius in id, quod de-

betur reipublicae, satisfecerint. Sed eos demum debitorum rerum publicarum accipere debemus, qui ex administratione reipublicae relinquantur. Ceterum si non ex administratione sint debitores, sed mutus pecuniam a republica acceperint: non sunt in ea causa, ut honoribus arceantur. Plane uice solutio- nis sufficit, ut quis aut pignoris, aut fidei iuroribus idoneis caueat, & ita Diui fratres Anseio Herenniano rescripserunt. Sed & si ex sollicitatione debeant, quae tamen sollicitatio recitari non potest: in ea sunt condicione, ut honoribus arceantur.

2. Si quis accusatorem non habeat, non debeat honoribus prohiberi: quam admodum non debet is, cuius accusator destiterit. Ita enim Imperator noster cum Diuo patre suo rescripsit.

3. Sciendum est, quaedam esse munera aut personae, aut patrimoniorum, scilicet quosdam esse honores.

4. Munera, quae patrimonij iniunguntur, vel in distributiones, talia sunt, ut neque aetate, neque numero liberorum, nec alia praerogatiua, quae solet a personalibus muneribus exire.

5. Sed enim haec munera, quae patrimonij iniunguntur, duplicia sunt. nam quaedam possessori- bus iniunguntur, huiusmodi sunt, siue non sunt quaedam non nisi ciuilibus, vel incolis. In distributiones, quae agris sunt, vel aedificijs, possessori- bus indicuntur. Munera uero, quae patrimoniorum habentur, non aliis, quam municipalibus, vel incolis.

7. Marcianus libro 2. Publicorum.

Reus delatus, etiam ante sententiam honores petere, principalibus constitutionibus prohibetur. Nec interest, plebeus, an decurio fuerit. Sed post annum, quam reus delatus est, petere non prohibetur: nisi per ipsum sciet, quo minus causa intra annum expedietur.

1. Eum, contra quem propter honores appellatum est, si pendente appellatione honorem usurpauerit, coercendum Diuus Severus rescripsit. Ergo est is, qui honoribus per sententiam uel prohibitus est, appellauerit: abstinere interim petitione honoris debebit.

2. Ulpianus libro 11. ad Edictum.

Ad reipublicam administrandam ante uicentium annum quintum annum, vel ad munera, quae non patrimonij sunt, vel honores, aditus iuniores non oportet, denique nec decuriones creantur, vel creati suffragium in curia ferunt. Annus autem uicentius quintus coepit pro plene habetur. hoc enim in honoribus fauoris causa constitutum est, ut pro plene inchoatos accipiamus: sed in his honoribus, in quibus reipublicae quid eis non committitur, ceterum cum damno publico honorem ei committi non est dicendum, etiam cum ipsius perniciet minoris.

9. Idem libro 3. de officio consulis.

Si quis magistratus in municipio creatus, muneribus iniunctis singi detrectis: per praesides muneris agnoscere cogendus est remediis, quibus tutores quoque solent cogi ad munus, quod iniunctum est, agnoscendum.

10. Modestianus libro quinto Digestorum.

Honorem sustineri, munus imponi non potest: munus sustinenti, honor deferri potest.

11. Idem libro 11. Pandectarum.

Ut gradatim honores deservantur, edito, & ut a minoribus ad maiores perueniantur, epistola Diui Pij ad Titianum exprimitur. 1. Etsi lege municipali caueatur, ut praesentur in honoribus certae condicione homines: attamen sciendum est, hoc esse obseruandum, si idonei sint. & ita rescripto Diui Marci continetur. 2. Quotiens penuria est eorum, qui magistratu suscipiunt, immunitas ad aliquid infringitur: sicuti Diui fratres rescripserunt. 3. Reprobati posse medicum a republica, quamuis

semel probatus sit, Diuus Magnus Antoninus cum patre rescriptit

4. Eos, qui primis litteris pueros inducunt, non habere vacationem Diuus Magnus Antoninus rescriptit.

12. *Paulus libro 6. ex Cassio.*

Cum muneris publici vacatio datur, non remitti cur ei, ne magistratus fiat: quia id ad honorem magis quam ad munera, pertinet cetera omnia, que ad tempus extra ordinem exiguntur, veluti munitio viarum, ab huiusmodi persona exigenda non sunt.

13. *Idem libro 15. ex Cassio.*

Vacatio, itemque immunitas, que liberis & posteris alicuius data est, ad eos dumtaxat pertinet, qui eius familie sunt.

14. *C. Ulpianus libro 1. de Cognitionibus.*

Honor municipalis est administratio reipublice cum dignitatis gradu, sine cum sumptu, sine sine erogatione contingens.

1. Munus aut publicum, aut priuatum est. Publicum munus dicitur, quod in administranda republica cum sumptu sine titulo dignitatis subimus.

2. Viarum munitio, praeiorum collatio, non persona, sed locorum munera sunt.

3. De honoribus sunt muneribus gerendis cum quaeritur in primis consideranda persona est eius, cui deservitur honor, siue muneris administratio: ite origo natalium: facultates quoque an sufficere in iundo munere possint: item lex secundum quam muneribus quisque fungi debeat.

4. Plebeij filij familias periculo eius qui nomina herit, tenebuntur. Idque Imperator noster Severus Augustus in hac verba rescribit: Si in numero plebeiorum filius tuus est: quamquam inuitis honoris ex persona filij suscipere cogi non debeat, tamen resistere, quo minus patri obsequatur periculo eius, qui nominat, iure patrie potestatis non potest. Gerendorum honorum non promissa facultas est: sed ordo certus huius rei adhibitus est, nam neque prius maiorem magistratum quisquam, nisi maiorem suscepit, gerere potest: neque ab omni aetate, neque continue quisque honores potest.

5. Si alij non sint, qui honores gerant, eisdem compellendus, qui gesserint, conplurimis constitutionibus cauetur. Diuus etiam Hadrianus de iterandis muneribus rescriptit in hac verba: Illud consentio, ut, si alij non erunt idonei, qui hoc munere fungantur, ex his, qui iam fundi sunt, creentur.

15. *Papinianus libro 5. Responsorum.*

ET si filium pater decurionem esse voluerit, tamen defuncto, honores, qui filio decurioni congruent post mortem patris obtingerunt, ad onus coheredis filij non pertinent, cum ei decurioni sufficientes facultates pater reliquerit.

16. *Paulus libro 1. Sententiarum.*

Aestimacionem honoris, aut muneris in pecunia pro administratione offerentes audendi non sunt.

1. Qui pro honore pecuniam promissit, si soluere eam cepit: totam praestare, operis inchoati exemplo, cogendus est.

2. Inuitus filius pro patre rempublicam saluam fore cauere non cogitur.

3. Defensionem reipublice amplius quam semel suscipere nemo cogitur, nisi id fieri necessitas postulet.

17. *Hermogenianus libro 1. Epitomarum.*

Sponne prouinciae sacerdotium iterare nemo prohibetur.

1. Immunitas ab honoribus & muneribus ciuilibus, si decurioni creato filio, quem habet in potestate consentiat, in muneribus & honoribus sumptus subministrare filio compellitur.

18. *Arcadius Causus libro singulari de muneribus ciuilibus.*

Muerum ciuilibus triplex diuisio est. nam quaedam munerum personalia sunt, quaedam patri-

municipiorum dicitur, alia mixta. Personalis sunt, quae animi prouisione, & corporalis laboris intentione sine aliquo gerentis detrimento pertranstrantur: veluti tutela, vel cura.

2. Calendarij quoque curatio, & quae stura in aliqua ciuitate, inter honores non habentur: sed personale munus est.

3. Tironum, siue equorum productio, & si qua alia animalia necessario producenda, vel res perueniendae, siue persequendae sunt, vel pecuniae fiscalis, siue annonae vel vestis, personae munus est.

4. Cursus vehicularis sollicitudo, item angariae praebitio personale munus est.

5. Cura quoque emendi frumenti, olei, nam harum specierum curatores, quos *κατάνας*, id est, *μενταριος*, & *ελευθωρος*, id est, *ελευθιος*, appellant, creati moris est) inter personalia munera in quibusdam ciuitatibus numerantur: & calefactio publici Valineij, si ex redditibus alicuius ciuitatis curatori pecunia subministratur.

6. Sed & cura custodiendi aquaeductus personalibus muneribus aggregatur.

7. Hieronarchae quoque, qui disciplinae publicae & corrigendis moribus praesunt, sed & qui ad faciendas vias eligi solent, cum nihil de proprio patrimonio in hoc munus conferant: item episcopi, qui praesunt panis, & ceteris venalibus rebus, quae ciuitatium populis (ad) cotidiana vicia uiuunt, personalibus muneribus funguntur.

8. Qui annonam suscipit, vel exigit, vel erogat, & exactores pecuniae pro capitibus, personalis muneris sollicitudinem sustinent.

9. Sed & curatores, qui ad colligendos ciuitatium publicos redditus eligi solent, personali munere subiunguntur.

10. Hi quoque, qui custodes aedium, vel archeotae, vel logographi, vel tabularij, vel xenoparochi, ut in quibusdam ciuitatibus, vel limanarchae, vel curatores, ad emenda vel rescinda aedificia publicae, siue palatia, siue naualia, vel mansiones designantur, si tamen pecuniam publicam in operis fabricam erogent: & qui faciendis vel rescendis nauibus, ubi usus exigit, praeposuntur, muneribus personalibus adstringuntur.

11. Camelasia quoque similiter personale munus est, nam, ratione habitae & alimentorum, & camelorum, certa pecunia camelariis dari debet: ut solo corporis ministerio obligentur. Hoc ex alij ordine vocari, nec vlla excusatione liberari, nisi sola laesi & inutilis corporis, & infirmitate specialiter sit expressum.

12. Legati quoque qui ad sacrarium principis mittuntur, quia vaticum, quod legatum dicitur, interdum solent accipere, sed & nyctostrategi, & praeiorum curatores personale munus inueniunt.

13. Defensores quoque, quos Graeci syndicos appellant, & qui ad certam causam agendam vel defendendam eliguntur, laborem personalis muneris adgrediuntur. 14. Indicandi quoque necessitas inter munera personalia habetur.

15. Si aliquis fuerit electus, ut compellat eos, qui prope viam publicam possident, sternere viam: personale munus est. 16. Pari modo qui acceptandis, siue suscipiendis censualibus professionibus designantur, ad personalis muneris sollicitudinem animi intendunt. 17. Mastigophori quoque, qui agnosthetas in certaminibus comitantur, & scribae magistratus, personali munere seruiunt. 18. Patrimoniorum sunt munera, quae sumptibus patrimonij, & damnis administrantibus expediuntur. 19. Eleporia, & opstratura apud Alexandrinos patrimonij munus existimatur. 20. Susceptores quoque vini per prouinciam Africam patrimonij munus gerunt.

21. Patrimoniorum autem munera duplicia sunt, nam quaedam ex his muneribus possessionibus siue patrimonij indicuntur, veluti agminales equi, vel mulae, & angariae, atque verhedii.

22. Huiusmodi igitur obsequia & his, qui neque municipales, neque incolae sunt, agnoscere coguntur. 23. Sed & eos, qui foenus exerceant, veterani sunt tributionis cuiusmodi agnoscere debere, rescriptum est. 24. Ab huiusmodi muneribus neque primipilariis, neque veteranibus, aut milites, alijque, qui priuilegio aliquo subnixi sunt, potest excusari.

25. Praeterea habent quaedam ciuitates praerogatiuam, ut hi, qui in territorio earum possident, certum quid frumenti pro mensura agri per singulos annos praebent, quod genus collationis minus possessionis est. 26. Mixta munera decaprotiae, & icolaprotiae, & Hellenum Modestinus & norando, & disputando, bene & optima ratione descriuit, nam decaprotiae, & icolaprotiae tributa exigentes, & corporale ministerium gerunt, & pro omnibus defensorum fiscalia aduerimenta resarciant: ut merito inter mixta hoc munus numerari debeat.

27. Sed ea quae supra personalia esse diximus, si his, qui funguntur, ex lege ciuitatis siue, vel more, etiam de proprio patrimonio impensas faciunt, vel annonam exigentes defensorum praediorum, & na sustineant, mixtorum definitione continebuntur. 28. Haec uniuersa muneribus, ut tiffa iam diximus, vna significatione comprehenduntur: nam personalibus & patrimoniorum, & mixta munera, ciuilibus seu publicis appellantur. 29. Siue autem personalium dumtaxat, siue etiam ciuilibus munerum inuentiones alicui concedatur, itaque ab annonae, neque ab angariis, neque a verhedo, neque ab hospitae recipiunt, neque a nave, neque a spatio, neque a viliibus, & veteranibus, excusari possunt.

30. Magistris, qui ciuilibus munerum vacatione habent, item grammaticis, & oratoribus, & medicis, & philosophis, ne hospitium recipere, & principibus fuisse immunitatem indulgent, Diuus Vespasianus & Diuus Hadrianus rescripterunt.

DE VACATIONE, ET EXCUSATIONE MUNERUM.

DE VACATIONE. DE VACATIONE MUNERUM, TIT. III. Vlpianus libro 2. Opiniorum.

OMNIS excusatio sua requiritur, sed si praecedentibus aliis quod sine iudice creatur, aut patris sine temporis praesentibus, prout cuique libuit, permissum fuerit se excusare, non erunt, qui munera necessaria in rebus publicis obtinent, quare & qui liberorum incoluntium iure a muneribus ciuilibus sibi indicant excusationem appellacione interponere debent, & qui tempore praesentibus in ordinem cuiusmodi appellacionem peragendo non seruauerint, merito praescriptione repelluntur.

1. Qui excusatione aliqua vultur, quouscumque creati fuerint, etiam ante absinti sunt, necesse habent appellare sed si per calumniam, & capitis idem aduersarius vexandi gratia eius, quem se perpetua vacatione subnixum, id facere probatur, et si sumptus litis exemplo, decetiorum principum praesentibus iubeatur ei, quem sine causa sepius inquietabit.

2. Qui in fraudem ordinis in honoribus gerendis, cum inter eos ad primos honores creati possint, qui in ciuitate munerabantur, euadendorum maiorum onerum gratia ad colonos praediorum se transferunt, ut minoribus substantur, hanc excusationem sibi non parauerunt.

3. Quamuis sexagintaquinque annorum aliquis sit, & tres liberos incolentes habeat, muneribus tamen ciuilibus propter has causas non liberatur.

2. *Idem libro 3. Opiniorum.*

ESTIMANDUM aetatis annum agentem, ad muneris sitoniz vocari non potest, sed si nihil proprium in patria seruauerit, de muneribus quoque annis viginti quinque ad muneris sui honores, etiam diuisa aetas seruanda est.

1. Unus, & liberorum unum, aut septuaginta annorum m-

ab honoribus aut muneribus his coherentibus excusationem non praestat: sed a muneribus tantum ciuilibus. 2. Apoptui filij in numerum non proficiunt eorum liberorum, qui exulare parentes solent. 3. Qui ad munera vocantur, viuorum se liberorum numerum habere tempore, quo propter eos excusari desiderant, probare debent, numerus enim liberorum postea impletus, susceptis antea muneribus non liberat. 4. Quae patrimoniorum onera sunt, numero liberorum non excusantur.

5. Incolumes liberi, etiam si in potestate patri suo deserint esse, excusationem a muneribus ciuilibus praestant. 6. Minus audiens in munitatem ciuilibus munitum non habet.

7. Quem ita sentio, & corporis in vecillitate vixi, praesens animaduertit, ut muneris perferendae pecuniae non sufficiat: demittat, & alium constituat. Corporis & vilitas eorum munitum excusationem praestat, quae tantum corpore implenda sunt, ceterum quae consilio prudentis viri, vel patrimonio sufficientis in homines obiri possunt, nisi certis, & receptis probabilibus causis non remittuntur.

8. Qui pueros primas literas docent, in munitatem a ciuilibus muneribus non habent, sed, ne cui eorum id, quod si praesens sit, indicatur ad praesens religionem pertinet, siue in ciuitatibus, siue in vicis primas literas magistri doceant.

3. *Paulus libro 3. Regularum.*

Hi, qui naues marinas fabricauerunt, & ad annum populi Romani praesentibus non minores quinquaginta milium modiorum, aut plures singulas non minores decem milium modiorum, donec hae naues nauigant, aut aliae in eorum locum, muneris publici vacatio praestatur ubi nauem. Senatores autem hanc vacationem habere non possunt: quod nec habere illis nauem ex lege Iulia repetundarum licet.

4. *Neratius libro 1. Membranarum.*

Tempus vacationis, quod datur eis, qui reipublicae causa aferunt, non ex eo die numerandum est, quo quis abesse desinit, sed cum quodam laxamento iunctis, neque enim minus abesse reipublicae causa intellegendus est, qui ad id negotium, vel ab eo reuertitur, si quis tamen plus iusto temporis, aut itinere, aut in alio loco commoratus consumperit ita est interpretanda erit, ut ex eo tempore vacationis dies incipiat ei cedere, quo iter ex commodo peragere potuisset.

5. *Maer libro 2. de officio praesidis.*

Decurionum, quamuis hic quoque honor est, ad alium honorem nullam vacationem tribuendam Vlpianus respondit.

6. *Papinianus libro 2. Quaestionum.*

Hi, qui muneris publici vacationem habent, ad ea, quae extra ordinem imperantur, compelli non solent.

7. *Idem libro 36. Quaestionum.*

Muneribus, quae non patrimonij indicuntur, veterani post optimi nostri Severi Augusti litteras perpetuo excusantur.

8. *Idem libro 1. Responsorum.*

In honoribus delatis, neque maior annuum septuaginta, neque pater numero quinque liberorum excusatur, sed in Asia sacerdotium prouinciae suscipere non cogitur numero liberorum quinque subnixi, quod optimus maximusque princeps uoster Severus Augustus decreuit, ac postea in ceteris prouinciis seruandum esse constituit.

9. Non alios sibi vestigalium redemptores a muneribus ciuilibus, ac ueluti excusari placuit, quam eos, qui praesentibus negotium exercent.

2. Vacacionum privilegia non veteribus liberis veteranois sunt.

3. Qui muneris publici vacationem habet, per magistratus ex improviso collationes indultas recte recusat, eas vero, quae de lege sunt, recusare non

DE IVRE IMMUNITATIS, TIT. VI.

Ulpianus libro 3. Opinionum. Qui ob hoc tantum in nauibus sit, ut in his ad inuicem a muneribus civilibus habeat.

1. Personis datæ immunitate, hereditibus non relinquatur.

2. Sed & generi posterisque datæ custoditurque, ad eos, qui ex feminis nati sunt, non pertinent.

3. Idem libro 4. de officio proconsulis. Si qui cetera cõditione muneribus vel honoribus se adstrinxerunt, cum aliâ compelli non possent inuiti suscipere istum honorem: si eis seruanda est, cõdicioque, qua se ad munera siue honores applicare passi sunt.

4. Impuberes, quamuis necessitas penurie hominum cogat, ad honores non esse admittendos refert pro ad Benidium Rufum legatum Ciliciz declaratur.

5. Idem libro 3. Maiores septuaginta annis à tutela & muneribus personalibus vacant, sed qui ingressus est septuagesimum annum, non dum egressus, hac vacatione non utitur: quia non videtur maior esse septuaginta annis, qui annum agit septuagesimam.

6. Modestinus libro 6. Regularum. Immunitates generaliter tribuitur, eo iure, ut ad posterum transmittentur, in perpetuum succedentibus durant.

7. Callistratus libro 1. de Cognitionibus. Semper in ciuitate nostra senectus venerabilis fuit, namque maiores nostri pax eundem honorem senibus, quem magistratibus tribuebant. Circa munera quoque municipalia subeunda idem honorem senectuti tribuitur. Sed cum, qui in senectute locuples factus est, & ante nullo publico munere functus est, dici potest, non eximi ab hoc onere priuilegio ætatis: maxime si non tam corporis habeat vexationem, quam pecuniæ erogationem iudici muneris administratio: & ex ea sit ciuitate, in qua non facile sufficientes viri publicis muneribus inueniantur.

8. Legem quoque respiciat cuiusque loci oportet, an cum aliquis immunitates nominatim completeretur, etiam de numero annorum in ea commemoratur. Idque etiam colligi potest ex litteris Diui Pij, quas emisit ad Ennium Proculum proconsulem prouinciz Africz.

9. Demonstratur varie, nec absesse, numerum liberorum ad excusationem municipalium munerum prodesse, ex rescriptis Diui Eluij Pertinacis, namque Siluio Candido in hæc verba rescripsit: Εἰ κὶ μὴ πασῶν λειτουργιῶν ἀφίησιν τοὺς πατέρας οὐ τῶν τεχνῶν ἀριθμῶς ἀλλ' ἔν ἐ πρὸς ἑκάστην ἀφ' ἑαυτῶν πέντε ἀεὶ ἕξ ἢ ἑπτὰ ἢ ὀκτώ, οὐκ ἔστιν ἀλογον, ὡς ἐ σὺ χερσὶ σὺ χερσὶ ζεῖν τὴν ἀποδοτῶν ἡ ἀείδων τῶν λειτουργῶν, id est, Bis non ab omnibus muneribus dimittit patrum numerus: tantum quia sed etiam priores habere et per libellum notificasti non est in rationabile, et concedamus si libellum eduxerit et tempus illi munera.

10. Negotiatores, qui annonam vrbs adiuant, ite nauicularij, qui annonæ vrbs seruiunt immunitatem a muneribus publicis consequuntur, quamdiu in eiusmodi actu sunt, nam remuneranda pericula eorum, quin etiam & horrenda præmissis, merito placuit: ut qui peregre muneribus, & quidem publicis, cum periculo & labore fungentur, a domesticis vexationibus & sumptibus liberentur, cum non sit aliquid dicere, etiam hoc reipublicæ causa, dum annonæ vrbs seruiunt, abesse. 4. Immunitati, quæ nauicularijs præstatur, certa forma data est, quam immunitatem

debet. 4. Philosophis, qui se frequentes atque utiles per eandem studiorum sciam contentantibus præbent tutelam, item munera sordida et temporalia remitti placuit: non ea, quæ sumptibus expediuntur, etiam vere philosophantes pecuniam cõtenuunt, cuius retinendæ cupidine sciam adseruationem detegunt.

5. Qui maximos principes appellauit, & causam propriam aditus Romam profectus est; quoad cognitio finem accipiat, ab honoribus & ciuilibus muneribus apud suos excusatur.

6. Paulus libro 1. Responsorum. Os, qui Romæ profertur, proinde in patria sua excusari muneribus oportet, ac si in patria sua profertur.

7. Paulus respondit, priuilegium frumentariis negotiatoribus concessum, etiam ad honores excusandos pertinere.

8. Idem libro 1. Sententiarum. Ab his oneribus, quæ possessionibus vel patrimonio indicuntur, nulla priuilegia præstant vacationem.

9. Corpus mensurarem frumenti iuxta annonam vrbs habent vacationem, in prouinciis non idem. 2. Angariorum præstatio, & recipiendi hospitij necessitas, & militi & liberalium artium professoribus inter cetera remissa sunt.

3. Auctis post appellationem medio tempore facultatibus, paupertatis optentu non excusantur.

4. Defensores reipublicæ ab honoribus & muneribus eodem tempore vacant.

5. Hermogenianus libro 1. Iuris Epitomarum. Sunt munera, quæ rei propriæ coherant, de quibus neque liberi, neque ætas, nec merita militiæ, nec ullum aliud priuilegium iure tribuit excusationem, ut sit prædiorum collatio, viæ sternendæ, angariorumve exhibitio, hospitij suscipiendi munus (nam nec huius quicquam excusationem præter eos, quibus principali beneficio concessum est, habet) est: quæ sunt præterea alia huiusmodi.

6. Paulus libro 1. Sententiarum. Legato, qui publicum negotium tuus sit, intra tempora vacationis præstituta rursus eiusdem negotij defenso mandari non potest.

7. Comitibus præsidium, & proconsulum, procuratorumque Cæsaris, a muneribus, vel honoribus, & tutelis vacant.

8. Papianus libro 23. ad Edictum. Praetor eos, quoscumque intellegit operam dare non posse ad iudicandum, pollicetur se excusaturum: forte quod in perpetuum quis operam dare non potest, quod in eam valeudinem incidit, ut certum sit, cum ciuilia officia subire non posse: aut si alio morbo laboret, ut suis rebus superesse non possit: vel si quid sacerdotium nandi sint, ut discedere ab eo sine religione non possint, nam & hi in perpetuum excusantur.

9. Duo genera tribuendæ muneris publici vacationis sunt: vnum pleniùs, cum & militiæ datur aliquid exiguius, cum nudam muneris vacationem acceperint.

10. Qui autem non habet excusationem, etiam inuitus iudicare cogitur.

11. Si post causam actam ceperit se excusare iudex: si quidem priuilegio, quod habuit ante, quam susciperet iudicium, vel se excusare: nec audiendus est, semel enim agnoscendo iudicium, renuntiat excusationi, quod si postea iusta causa incidit, ut iudex vel ad tempus excusetur: non debet in aliu iudicium transferri, si cum captioe id futurum est alterutris, tolerabilius denique est interdum iudicem, qui semel cognouerit, tantisper expectare, quam iudici nouo rena rursus iudicandam committere.

12. Modestinus libro 7. Regularum. Ad excusationem munerum defunctus filius non proficit, præterquam in bello amissus.

13. Eodem tempore idem duas curas operis non administrat.

nitatem ipsi duntaxat habent: non etiam liberis, aut libertis eorum præstatur, idque principalibus constitutionibus declaratur. 5. Diuus Hadrianus rescriptis, immunitatem omnium maritimarum duntaxat habere, qui annonæ vrbs seruiunt. 6. Licet in corpore nauiculariorum quis sit, nauem tamen vel naues non habeat, nec omnia ei congruant, quæ priuilegiis constitutionibus cautæ sunt: non potest priuilegio nauicularijs indulgi. 7. Idque & Diuus frater rescriptis, ut in hæc verba: Ησως ἂν ἄλλοι τινες ἐπιπροσώπων τῶν ναυκλήρων ἢ τῶν σιτῶν ἢ λαοῦ ἐπιπροσώπων ἐπὶ τῶν ναυκλήρων ἢ ἐπὶ τῶν σιτῶν τῶν ναυκλήρων ἢ τῶν σιτῶν ἀφίησιν τοὺς πατέρας οὐ τῶν τεχνῶν ἀριθμῶς ἀλλ' ἔν ἐ πρὸς ἑκάστην ἀφ' ἑαυτῶν πέντε ἀεὶ ἕξ ἢ ἑπτὰ ἢ ὀκτώ, οὐκ ἔστιν ἀλογον, ὡς ἐ σὺ χερσὶ σὺ χερσὶ ζεῖν τὴν ἀποδοτῶν ἡ ἀείδων τῶν λειτουργῶν, id est, Bis non ab omnibus muneribus dimittit patrum numerus: tantum quia sed etiam priores habere et per libellum notificasti non est in rationabile, et concedamus si libellum eduxerit et tempus illi munera.

prio, valeudinarij, medici, capsarij, & artifices, & qui fossam faciunt, veterinarij, architectus, gubernatores, naupegi, Vallistrarij, specularij, fabri, sagitarij, ararij, buccularum structores, carpentarij, scandularij, gladiatores, aquilices, tubarij, cornuarij, arcuarij, plumbarij, ferrarij, lapidarij, & hi, qui calcem cõtinent, & qui siluam insidunt, qui carbonem cõtinent, ac torrent, in eodem numero haberi solent tant, veteratores, victimarij, & optio fabricæ, & qui agris præsto sunt, librarij quoque, qui docere possint, & horreorum librarij, & librarij depositorum, & librarij caducorum, & adiutores corniculariorum, & stratores, & pollionæ, & custodes armorum, & præco, & bōcinatores. hi igitur omnes inter immunes habentur.

DE LEGATIONIBVS, TIT. VII.

Ulpianus libro 2. ad Massilianum Sabinum.

Legatus municipalis, si deseruerit legationem, postea adiciatur extrahendaria, motus ordine, vel plerumque solet.

2. Idem libro 2. Opinionum. Legatus contra rem publicam, cuius legatus est, per alium à principe quid postulare potest.

3. Vtrum quis deseruerit legationem, an ex necessaria causa moram passus sit, ordini patrie siue probare debet. 2. Cessatio, vniùs legati ei, qui munus, ut oportet, obit, non nocet. 3. His, qui non gratuitam legationem susceperunt, legatium ex forma restituitur.

4. Africanus libro 1. Quæstionum. Vm queritur, an in eum, qui in legatione sit, & cõditio dari debeant non tam interdictis, ubi quis aut crediderit, aut dari stipulatus sit, quam illud, an id actum sit, ut legationis tempore soluatur.

5. Marcianus libro 12. Institutionum. Sciendum est, debitorem reipublicæ legationis fungi non posse, & ita Diuus Pius Claudio Saturnino & Faustino rescripsit: 1. Sed & eos, quibus ius postulandi non est, legatione fungi non posse: & ideo harenam missum, non iure legatum esse missum Diui Seuerus & Antoninus rescripserunt.

2. Debitores autem fisci non prohibentur legatione fungi. 3. Si accusatio alicuius publice instituta sit: non est compellendus accusator ad eum legationem suscipere, qui se amicum vel domesticum dicit eius, qui accusatur, & ita Diui fratres Emilio Ruso rescripserunt. 4. Legati vicarios dare non alios possunt, nisi filios suos.

5. Ordine vnusquisque munere legationis fungi cogitur, & non aliâs compellendus est munere legationis fungi, quam si, priores qui in curiam lecti sunt, fundi sint. Sed si legatio de primoribus vitiis desideret personas; & qui ordine vocantur, inferiores sint: non esse obseruandum ordinem Diui Hadrianus ad Clazomenios rescripsit. 6. Præcipitur autem edicto Diui Vespasiani omnibus ciuitatibus, ne plures quàm ternos legatos mittant.

7. Scævola libro 1. Regularum. Legato tempus prodesset, ex quo legatus creatus est, non ex quo Romam venit. 1. Sed si non constet, legatus sit, an non: Romæ prætor de hoc cognoscit.

8. Ulpianus libro 5. de officio proconsulis. Illio propter patrem legationis vacatio ne concedatur, Imperator noster cum patre Claudio Calpurnio rescripsit in hæc verba: Quod desideras, ut propter legationem patris tui à legatione tu vaces, in interuallicis honorum, qui sumptum habent, rectè obseruatur, in impendiis legationum, quæ solo ministerio obeuntur, diuersa causa est.

6. Tarrhentus Paternus libro 1. Militarium. Vbiusdam aliquam vacationem munerum priorum condicio tribuit: ut sunt mensores, o-

DE OPERIBVS PUBLICIS, TIT. X.

Ulpianus libro 2. Opinonum. Vtator operum creatus, praescriptione motus ab executione perferenda; sicuti cessationis nomine, in qua quo ad viuit moratus est, heredes suos obligat...

2. Idem libro 3. Opinonum. Quia liberalitate, non necessitate debiti reditus quos interim ad opera finienda concessit, munificetia suae fructu de inscriptione nominis suis operibus, si qua fuerit, capere per inuidiam non prohibetur...

3. Macer libro 2. de officio praefidis. Opus nouum priuato etiam sine principis auctoritate facere licet: praeterquam si ad emulationem alterius ciuitatis pertinet, vel materiam seditionis praebet, vel circum theatrum vel amphitheatrum sit...

4. Modestinus libro 11. Pandectarum. Nec praefidis quidem nomen licebit superscribere.

5. Ulpianus libro singulari de officio curatoris reipublicae.

SI legatum vel fideicommissum fuerit ad opus relictum vlturae, quae, & quando incipiant deberi, rescripto Diui Pij ita continetur: Si quidem dies non sit ab his, qui statuas vel imagines ponendas legauerunt, praesentibus, a praefide prouincia tempus statuentum est...

6. Modestinus libro 11. Pandectarum. De operibus, quae in muris, vel portis, vel rebus publicis sunt, aut si muri extruantur; Diuus Marcus rescriptis, praesidem adiutum consulere principem debere.

7. Callistratus libro 2. de Cognitionibus. Pecuniam, quae in opera noua legata est, potius tutelam eorum operum, quae sunt, conuertentem, quam ad inchodandum opus erogandam; Diuus Pius rescriptis: scilicet si factus operum ciuitas habet, & non facile ad reficiendum ea pecunia inueniatur...

bendo manentibus priorum titulis qui ea opera fecissent id fieri debere senatus censuit. quod si priuati in opera, quae publica pecunia sunt, aliquam de suo adiecerint summam: ita titulo inscriptionis vti eos debere idem mandatis cautui; quantum summam contulerint in id opus, scribae.

DE NUNDINIS, TIT. XI.

Modestinus libro 3. Regularum.

Nundinis imperatis a principe, non utendo, quae nuntius, decemij tempore vltim amittit.

2. Callistratus libro 3. de Cognitionibus. Si quis ipso cultores agrorum, vel piscatores deferre viuentia in ciuitate iusserit, ut ipsi ea distrahant: deficiuntur annonae praebitio, cum auocentur ab opere rustici qui confectis vbi deulerint, mercem, tradere eam, & ad opera sua reuerti debeant. denique summa prudentiae & auctoritatis apud Graecos Plato, cui institueret quemadmodum ciuitas bene beate habitari possit, in primis istos negotiatores necessarios duxit. sic. n. lib. 2. politicas. i. ciuiliu consuetudinis aut, si quis praeteritum a se viderit, & non vult, ut illud a se videri, & non vult, ut illud a se videri, & non vult, ut illud a se videri...

DE POLLICITATIONIBVS, TIT. XII.

Ulpianus libro singulari de officio curatoris reipublicae.

SI pollicitus quis fuerit reipublicae opus se facturum, vel pecuniam daturum: in vltura non cogentur, sed si moram coeperit facere, vlturae succedunt, ut Imperator noster cum Diuo patre suo rescriptis.

1. Non semper autem obligari eum, qui pollicitus est sciendum est. si quidem ob honorem promiserit decretum sibi, vel decretendum, vel ob aliam iustam causam: tenentur ex pollicitatione. si vero sine causa promiserit, non erit obligatus. & ita multis constitutionibus & veteribus, & nonis continetur. 2. Nec si sine causa promiserit, coepit tamen facere: obligatus est qui coepit. 3. Coepisse sit accipimus si fundamenta iecit, vel locum purgauerit. Sed & si locus illi petenti designatus est: magis est, ut coepisse videatur. Item si apparatus, sine impensa in publico posuit. 4. Sed si non ipse coepit, sed cum certam pecuniam promississet ad opus reipublicae, contemplatione pecuniae coepit opus facere: tenentur quasi coepit opere. 5. Denique cum columnas quidam promississet, Imperator noster cum Diuo patre suo ita rescriptis: Qui non ex causa pecuniam reipublicae pollicentur, liberati sunt: per se non coguntur, sed si columnas citientibus promississet, & opus ea ratione sumptibus ciuitatis, vel priuatorum inchoatum est, deserit, quod genus est, non oportet. 6. Si quis opus, quod perfectum adsignauerit deinde id fortuito casu aliquid prius sit periculum ad eum, qui fecit, non pertinet, Imperator noster rescriptis.

2. Idem libro 1. Disputationum. Si quis rem aliquam vouerit, voto obligatur, quae res personam vouerit, non rem, quae vouetur, obligat. res enim, quae vouetur, soluta quidem liberat: vota ipsa vero sacra non efficiuntur.

1. Voto autem patres sancti iaru obligantur, puberes, sui iuris. filius enim familias vel seruus sine patris dominive auctoritate voto non obligatur. 2. Si decimam quis honorum vult: decima non prius esse in bonis definit, quam fuerit separata. & si forte, qui decimam vult, de esset ante separationem: heres ipsius hereditario nomine decimae obstrictus est, voti enim obligationem ad heredem transire constat.

3. Idem libro 4. Disputationum. Pactum est duorum consensus, atque conuentio: pollicitatio vero offerentis solius promissum, & ideo illud est constitutum, ut si ob honorem pollicitatio fuerit facta, quasi debita exigatur. sed & coepit opus, licet non ob honorem promissum perficere promissor co cogatur, & est constitutum. 1. Si quis, quam ex pollicitatione tradiderat, rem municipibus, vindicare velit: repellendus est a petitione, quae summum est enim, huiusmodi voluntates in ciuitate collatas, praesententia non reuocari, sed & si deserint municipes possidere: dicendum erit, actionem eis concedendam.

4. Macer libro 3. institucionum. Ruina incendium, vel terramoto, vel aliqua ruina, quae reipublicae contingit, si quis promiserit, tenetur.

5. Ulpianus libro 1. Responsorum. Haridemo respondit. Epistula, quam muneris edendi, gratia absens quis emisit, compelli ei ad editionem non posse.

6. Idem libro 5. de officio proconsulis. Totius locum habet diminitio pollicitationi in persona heredis, quia non est pollicitatio ad ob honorem facta, ceterum, si ob honorem facta sit, xris alieni loco habetur, & in heredum persona non inuitur. 1. Si quis pecuniam ob honorem promiserit, coepitque solvere: eum debere quasi coepit opere, Imperator noster Antoninus rescriptis. 2. Non tantum pollicitus, sed etiam feminas, si quid ob honorem pollicitus sunt, debere implere, sciendum est. & ita rescripto Imperatoris nostri & Diui patris eius continetur. 3. Si cui reipublica concessit, impulerit statuarum principii ponendam, qui non promissor: non esse, ei necesse obtemperare, rescriptis Imperatoris nostri & Diui patris eius, continetur.

7. Paulus libro 1. de officio proconsulis. Ob casum, quem ciuitas passa est, si quis promiserit se quid facturum, etsi non inchoauerit, omnimodo tenetur, ut Diuus Seuerus Diuini rescriptis.

8. Idem libro 3. de officio consulis. De pollicitationibus in ciuitatem factis iudicium cognitionem esse, Diui fratres Flauto Cello in hae verba rescripterunt. Proved facta Statius Ruffinus, si opus praesentis, quod se GAVINUS extructurum promissit, quod tandem adgressus fuerat, perficiat. nam est aduersa fortuna, in triennio a praesente vobis relegatus est: tamen gratiam muneris, quod sponte obtulit, minuire non debet: cum & absens per amicum perficere opus, istud possit, quod si detestat: aedores constituti, qui legitime pro ciuitate agere possint, nomine publico adire aduersus eum iudices poterunt, qui, cum primum poterint, prius quam in exilium proficiatur, cognoscent, & si opus perfici ab eo debere constituerint, obedire eum, reipublicae ob hanc causam iubebunt, aut prohi- bebunt distrahendum, quem in territorio GAVINUS habet.

9. Modestinus libro 4. Disputationum.

EX pollicitatione, quam quis ob honorem apud rempublicam fecit, ipsum quidem omnimodo in solidum teneri. heredes vero eius, ob honorem quidem facta promissione, in solidum ob id verba, quod opus promissum coepit, est, si bona liberalitati soluendo non fuerint, extraneum heredem in quietam partem patrimonij defuncti, liberos in decimam teneri. Diuus Seuerus & Antoninus rescripterunt. sed & ipsum donatorem pauperem factum ex promissione operis coepit, quantum partem patrimonij sui debere, Diuus Pius constituit.

10. Idem libro 1. Responsorum.

Septicia certamen patris suae pollicendo sub hac conditione pollicita est, ut si fors apud eam reuocaret, & ipsa vlturas semissales ad praemia certaminis resoluat in haec verba: Φιλοπρεμῶν καὶ κατὰ τὸ ἀγαθὸν τετραστηρικῶν ἀπὸ μυριάδων τριῶν, τὸ πρῶτον ἀπὸ αὐτῆς κατὰ τὸν ἀρχαῖον γύριον, ἡ ἀσφαλιζομένη παρὰ τοῖς δεκάπρωτοις ἀξίως ἔσθ' ἢ τὸ τελευτῆμα τὸν ἐξ ἑδῶος τριῶν μυριάδων πόνον, ἀγχινοδιπυτος, ἢ πρὸς ἀξίως ἔσθ' ἢ τὸν ἀπὸ τοῦ μῦθου, ἢ παύσης δὲ τῶν ἐξ ἐμῆ ἀγχινοδιπυτων πόνων, χωρησέσθ' ἢ οὐ τὸν εἰς τὰ ἀθλα τῶν θυμολικῶν, καὶ δῶδ' ἂν ἐφ' ἐκείνῃ ἀθλησέσθ' ἢ βεβῆ ἀθλον. id est. Legit et delicti agnoscit quadrienalem ex triginta millibus, siu ipsa prius me reuocet pecuniam. Et cauent apud Decemprimos idem super pendendis a me solis viginti millium vlturas, agnoscit et praeside iuuuero vlturas, deinceps liberi ex me nasciturus. Cedent autem haec vltura in praemia thymolico, prout in quoque certamine, curia deservitabis, quareo, an possunt iniuria patri filij Septiciae, quo minus ipsi praesiderent certamini secundum verba conditionumque pollicitationis. Herennius Modestinus respondit, quocasu certaminis editio licita est, formam pollicitationi datam seruandam esse.

11. Idem libro 9. Pandectarum.

Si quis ob honorem, vel sacerdotium, pecuniam promiserit, & antequam honorem vel magistratum inchoet, decedat non oportere heredem eius conueniri in pecuniam, quam, si ob honorem vel magistratum promiserat, principalibus constitutionibus cauetur, nisi forte ab eo, vel ab ipsa reipublica, eo viuo opus fuerit inchoatum.

12. Idem libro 11. Pandectarum.

In priuatis operibus, in iudicis his, qui fecerunt, statuas alijs ponere non possumus, ut rescripto Diui Seueri continetur. 1. Cum quidam ne honoribus fungeretur, opus promissum honores subire cogendum, quam operis instructionem, Diuus Antoninus rescriptis.

13. Papius libro 1. de Constitutionibus.

Imperatores Antoninus & Verus Augusti rescripterunt, opera extruere debere eos, qui pro honore polliciti sunt, non pecunias pro his inferri cogi. 1. Item rescripterunt, condiciones donationibus adpositas, quae in rempublicam sunt, ita demum ratas esse, si utilitatis publicae interest, quod si damnose sint, obseruari non debere. & ideo non obseruandum, quod defunctus, certa summa legata, veuit vltural exerceri, esse enim tolerabilia, quae vetus consuetudo comprobata.

14. Pomponius libro 6. Epistularum & variarum lectionum.

Si quis, sui alienive honoris causa, opus facturum se in aliqua ciuitate promiserit, ad perficiendum tam ipse, quam heres (ex constitutione Diui Traiani obligatus est. Sed si quis ob honorem opus facturum se ciuitate aliqua promiserit, atque inchoauerit, & prius quam perficeret, discesserit: heres eius extraneus quidem necesse habet aut perficere id, aut partem quantum patrimonij relicti ab eo, qui ad opus factum

institerat, si ita mallet, civitati, in qua id opus fieri coepit, dare, autem, qui ex numero liberorum est, si heres existit, non quintae partis, sed decimae concedenda necessitate additur. & hinc D. Antoninus constituit.

13. *Plinianus* libro singulari de officio curatoris reipublicae. Inter liberos nepotem quoque ex filia contineri, D. Antoninus rescripsit.

DE EXTRAORDINARIIS COGNITIONIBUS, & si iudex litem suam fecisse diceretur.

TIT. XIII.

Plinianus libro 8. de omnibus tribunaliibus.

Præses provinciarum de mercedibus ius dicere solent, sed præceptoribus tantum studiorum liberalium. Liberalia autem studia accepimus, quæ Græci & Ægyptiæ appellant, rhetores continentur, grammatici, geometræ. 1. Medico quoque eadem causa est, quæ professorum, nisi quod iustior, cum hi salutem hominum, illi studiorum curam agant. & ideo his quoque extra ordinem ius dici debet.

2. Sed & oblectamentum audiunt, quæ utique medicinam exhibere videntur. 3. Medicos fortassis quis accipiet etiam eos, qui alicuius partis corporis, vel certi doloris sanitatem pollicentur. ut puta si auricularius, si fistula, vel dentium, non tamen si incantavit, si inprecatus est, si (ut vulgari verbo imposterum utitur) si exorcizavit, non sunt ista medicinae genera, tamen si sunt, qui hos sibi profuisse cum prædicatione adfirmant. 4. An & philosophi professorum numerum sint, & non putem. non quia non religiosa res: sed quia hoc primum proficere eos oportet, mercenariam operam spernere.

5. Proinde ne iuris quidem civilis professoribus ius dicent, est quidem res sanctissima, iuris sapientia, sed prædicationis, dum in iudicio honor petitur, qui in ingressu sacramenti esseri debuit, quædam enim tamen honestè accipiuntur, inhonestè tamen petuntur.

6. Ludi quoque litterarum magistris, licet non sint professores, tamen ut patrum est, ut his quoque ius dicatur, tantum & librariis, & notariis, & calculato-ribus, siue tabulariis. 7. Sed ceterarum artium opificibus siue artificibus, quæ sunt extra litteras vel notas positæ, nequaquam extra ordinem ius dicere præses debet. 8. Sed & si comites salarii petant, idem ius est, quod in professoribus placet.

9. Sed adversus ipsos omnes cognoscere præses debet: quia ut adversus advocatos adguntur, D. Antoninus rescripsit. 10. In honorariis advocatorum ita veritari iudex debet: ut pro modo litis, præque advocati facultas, & fori consuetudine, & iudicij, in quo erat acturus, æstimationem adhibeat: dummodo licitum honorarium quantitas nō egrediatur. ita enim rescripto Imperatoris nostri, & patris eius continetur: verba rescripti ita se habent: Si Iulius Maternus, quem patronum causæ tuæ esse voluisti, fidem susceptam exhibere paratus est: eam dumtaxat pecuniam, quæ modum legitimum egressa est, repetere debes. 11. Advocatos accipere debemus omnes omnino, qui causis agendis quoque studio operantur, nō tamen qui pro tractatu nō adfuturi causis accipere quid solent, advocatorum numero erunt. 12. Si cui cautum est honorarium, vel si quis de lite pactus est, videamus, an petere possit. & quid sit de pactis ita est rescriptum ab Imperatore nostro, & D. Antonino patre eius: Litis causa malo more pecuniam tibi promissam ipse quoque profiteris, sed hoc ita ius est, si suspensa lite locutionem futuri emolumentum cauto pollicetur si verò post causam ad am cautam est honoraria sum-

ma, peti poterit usque ad probabilem quantitatem eius nomine patris cautum sit, sic tamen, ut computetur id, quod datum est, cum eo, quod debetur, ne utrumque compositum licitam quantitate excedat. Licita autem quantitas intelligitur pro singulis causis usque ad centum aureos. 13. D. Antoninus Severus ab heredibus advocati mortuo eo prohibuit mercedem repeti: quia per ipsum non iterari quod minus causam ageret. 14. Ad iustitiam quoque officium præsidis vel prætoris devenit, namque que nutrices ob alimentam infantium apud præsidem, quod sibi debetur, petunt. Sed nutricia quoque producimus, quo ad infantem verberibus aluntur: ceterum post hæc ceteras partes prætoris vel præsidis. 15. Hæc omnia si apud præsidem petantur: videamus, an de mutuis petitionibus possunt præsidem cognoscere, & petem debere admitti. 16. *Idem* libro 1. Opiniorum.

De usu aquæ, de riuus novis incultis institutis, item de equis alienis à sciente possessis, feruntque earum, & de danno dato per inimicos in prædium suum viutores homines eos, qui in plurimum prædium debuerunt, si modo id non ex auctoritate eius, qui subere potuit, statum est: præsidem provinciarum doceri oportere, responsum erit: ut hi secus ad rem æquitate, & iurisdictionis ordinem, convenientem formam rei det. 17. *Idem* libro 5. Opiniorum.

Si medicus, cui curandus tuos oculos, qui eis laborabat, commiserat, periculum amittendorum eorum per adversa medicamenta inferendo, compulsi, ut ei possessione ius contra fidem bonam æger venderet: iniuste factum præses provinciarum coercet, rēque restitui iubet.

4. *Paulus* libro 4. ad Plautium. D. Antoninus Pius rescripsit, iuris studiosos qui salaria petebant, hæc exigere posse.

5. *Callistrus* libro 7. de Cognitionibus.

Cognitionum numerus cum ex variis causis descendat, in genera dividi facili non potest, nisi summam dividatur, numerus ergo cognitionum in quatuor ferè genera dividi potest: aut enim de honoribus siue muneribus gerendis agitur, aut de re pecuniaria disceptatur, aut de existimatione alicuius cognoscitur, aut de capitali crimine queritur. 1. Existimatio est dignitatis iuris status, legibus ac moribus comprobatus: qui ex delicto, nostro auctoritate legum aut minuitur, aut confirmatur. 2. Minuitur existimatio, quotiens, manente libertate, circa statum dignitatis poena plebeia: sicut cum re legatur quis, vel cum ordine movetur, vel cum prohibetur honoribus publicis fungi, vel cum plebeius iustibus cadit, vel in opus publicum datur, vel cum in eam causam quis incidit, quæ edito perpetuo infamiae causa enumeratur. 3. Consumitur verò, quotiens magna capitis minutio intervenit, id est, cum libertas adimitur: veluti cum aqua & igni interdicitur, quæ in persona deportatorum venit, vel cum plebeius in opus metalli, vel in metallum datur, nihil enim refert, nec diversa poena est operis, & metalli, nisi quod refugæ operis non morte, sed poena metalli subiciuntur.

6. *Gaius* libro 3. rerum cottidianarum siue aur eorum.

Si iudex litem suam fecerit, non proprie ex maleficio obligatus videtur. sed quia neque ex contractu obligatus est: & utique peccasse aliquid intellegitur, licet per imprudentiam: ideo videtur quasi ex maleficio teneri in factum actione, & in quantum de ea re æquum regioni iudicantis vitium fuerit, poenam sustinebit.

DE PROXENETICIS, TIT. XIII.

Plinianus libro 42. ad Sabianum.

Pro.

Proxenetica iure licito petuntur. *Idem* libro 31. ad Edictum.

Si proxeneta intervenit faciendi nominis, vt multi solent: videamus, an possit quasi mandator teneri, & non puto teneri: quia hic monstrat magis nomen, quam mandat, tamen si laudem nomen. Idem dico, & si aliquid philanthropi nomine acciperit, nec ex locato conducto erit actio. Plane si dolo & calliditate creditorem circumvenierit, de dolo actione tenetur.

3. *Idem* libro 8. de omnibus tribunaliibus.

De proxenetico, quod & fordium, solent præsidem cognoscere: sic tamen, vt & in his modis esse debeat & quantitas, & negotium, in quo operum esse debeat, & ministerium quale quale ista defuncti sunt, & ministerium quale quale accommodaverit. Facili quod Græci & Ægyptiæ (id est, interpretatum in se interpretis honorarium) appellatur, peti apud eos poterit, si quis forte conditionis, vel amicitiae, vel adfuerit, vel cuius alterius huiusmodi proxeneta fuit. Sunt enim huiusmodi hominum vt tam in magna civitate officina. Est enim proxeneta vt modus, qui emptoribus, venditionibus, commerciis, contractibus licitis vitales nō adeo improbabili more se exhibet.

DE CENSIBVS.

TIT. XV.

Plinianus libro 1. de Censibus.

Sciendum est, esse quasdam colonias iuris Italici: est in Syria Phœnicæ splendidissima Tyriorum colonia, unde mihi origo est, nobilissima regionibus, serie seculorum antiquissima, armipotens fœderis, quod cum Romanis percussit, tenacissima. hinc enim D. Antoninus Severus & Imperator noster ob egregiam in rempublicam, Imperiumque Romanum insignem fidem, ius Italicum dedit. 1. Sed & Berythensis colonia in eadem provincia Augusti beneficiis gratiosa, & vt D. Antoninus Severus in quadam oratione ait) Augustana colonia, quæ ius Italicum habet.

2. Est & Helipolitana, quæ à Diuo Severo per bellis civilis occasionem Italice colonie rempublicam accepit. 3. Est & Laodicea colonia in Syria Cæle, cui D. Antoninus Severus ius Italicum ob belli civilis merita concessit. Ptolemæum enim coloniam, quæ inter Phœnicem & Palaestinam sita est, nihil præter nomen colonie habet. 4. Sed & Emisenæ civitati Phœnicæ Imperator noster ius colonie dedit, iusque Italici eam fecit. 5. Est & Palmyrena civitas in provincia Phœnicæ prope barbaras gentes & nationes collocata. 6. In Palaestina duæ fuerunt colonie Cæsariensis, & Aelia Capitolina, sed neutra ius Italicum habet.

7. D. Antoninus Severus in Scythiam civitatem coloniam deduxit. 8. Indicia quoque Zerenisium colonia à Diuo Traiano deducta, ius Italici est. 9. Zarmezethusa quoque eiusdem iuris est, item Napocenensis colonia, & Apulensis & Pataucensium vicus, qui à Diuo Severo ius colonie impetravit. 10. Est & in Bithynia colonia Apamena, & in Ponto Sinopensis.

11. Est & in Cilicia Selinus, & Trahanapolis.

12. *Idem* libro 28 ad Sabianum.

Vitis priorum censuum, editis novis professionibus, evanescunt.

3. *Idem* libro 2. de Censibus.

Ætatem in censendo significare, nec esse est: quia quibusdam ætas tribuit, ne tributo onerentur, veluti in Syriis à quatuordecim annis masculi, à duodecim feminæ usque ad sexagesimum quintum annum tributo capiti obligantur. ætas autem spectatur censendi tempore.

1. Rebus concessam immunitatem non habere interdicere, rescripto Imperatoris nostri ad P-

ligniano, rescriptum est, quippe personis quidem data immunitas cum persona extinguitur: rebus nunquam extinguitur.

4. *Idem* libro 3. de Censibus.

Forma censuali cautetur, vt agri sic in censum referantur: Nomen fundi cuiusque, & in qua civitate, & quo pago sit, & quos duos vicinos proximos habeat, & id aruum, quod in decem annos proximos satum erit, quot iugerum sit, vineæ quot vitæ habeat, oliuæ quot iugerum, & quot arboræ habeat pratium, quod intra decem annos proximos solum erit, quot iugerum, pascua, quot iugerum esse videantur. item silvæ caduæ, omnia ipse, qui defert, æstimet. 1. Illam æquitatem debet admittere censor, vt officio eius congruat, relectarum, qui in publicis tabulis delato modo fructus ex causis non possit. Quare, & si agri portio chalmate perierit, debet per censitorem relevari. Si vites mortuæ sint, vel arbores aruerint: iniquus enim numerum inseri censui. Quod si exciderit arbores, vel vites: nihilominus eum numerum profiteri iubeatur, qui fuit census tempore: nisi causam excidendi censitori probabit. 2. Si vero, qui agrum in alia civitate habet, in ea civitate possideri debet, in qua ager est, agri enim tributum in eam civitatem debet levare, in cuius territorio possidetur. 3. Quoniam in quibusdam beneficiis personis data immunitatis eiperiora extinguitur: tamen cum generaliter locis, aut cum civitatibus, immunitas sic data videtur, vt ad posteros transmittatur. 4. Si, cum ego fundum possiderem, professus sim: petitor autem eius non fuerit, professus: actionem illi manere placet. 5. In seruis deferendis obseruandum est, vt & nationes eorum, & ætates, & officia, & artificia specialiter deferantur.

6. Lacus quoque piscatorios, & portus in censum dominus debet deferre. 7. Salinæ si quæ sunt in prædiis, & ipsæ in censum deferendæ sunt.

8. Si quis inquilinum, vel colonum non fuerit professus: vinculis censualibus tenetur.

9. Quæ post censum editum hata, aut postea quaesita sunt infra finem operis consummati professionibus edi possunt. 10. Si quis veniam petierit, vt censum sibi emendare, permittatur, deinde post hoc impetratum cognoverit, se non debuisse hoc petere, quia res emendationem non desiderabat: nullum eius præiudicium ex eo, quod petiit, vt censum emendaret, fore, & ipsissime rescriptum est.

5. *Papinianus* libro 19. Responsum.

Cum possessor vnus, expediendi negotij causa, tributorum iure conveniret: adversus ceteros, quorum æque prædia tenentur, ei qui contentus est, actiones à fisco præstantur, scilicet vt omnes pro modo prædiorum pecuniam tributi conferat, nec iniuste actiones præstantur, tamen si fisco pecuniam suam recipere: quia nominum venditorum pretium acceptum videtur.

1. Qui, non habita ratione tributaria, ex causa fideicommissi prædia restituit: actionem ex Diui Pij Antonini litteris habent, quam legato quoque soluto locum habere voluit. 2. Pro pecunia tributi, quod sua die non est redditum, quod minus prædium iure pignoris distrahitur, oblatæ moratoria cautio non amittitur, nec audietur legatarius contradicens ob tributa præteriti temporis, quod heres solvendo sit, & is, qui tributum recipiendis præpositus fuerat.

6. *Celsus* libro 25. Digestorum.

Colonia Philippensis iuris Italici est.

7. *Gaius* libro 6. ad legem Iuliam & Papiam.

Iuris Italici sunt, Ipaec, Biphos, & Paphos, & Id est, Tricia, Berytus, Dyrachium.

8. *Paulus* libro 2. de Censibus.

N n n

Les formes ff. Decretales
sunt hinc in languedo. Cu
dispositio deult. Coi. Et
impeditio de departent. per
tenoiri et jurisdiction. et non
non parcellis. Edict de francis 144
de 1559.

In Lytania Pacense Sed & Emeritenses iuris Italici sunt. Idem ins Valentio & Luitiano habent. Barconenses quoque ibidem immunes sunt.

2. Lugdunenses Galli, item Brentenses in Narbonensi iuris Italici sunt. 3. In Germania inferiore Agri Pincenses iuris Italici sunt.

3. Laodicea in Syria & Merytos in Frænic iuris Italici sunt, & solum earum. 4. Eiusdem iuris & Tyrorum ciuitas à Diuis Senero & Antonino facta est. 5. Diuis Antoninus Antiochenes colonos fecit salus tributis. 6. Imperator noster Antoninus ciuitatem Emisenorum, coloniam & iuris Italici fecit. 7. Diuis Vespasianus Cæsarienses colonos fecit, non adiecto, ut & iuris Italici essent, sed tributis his remisit capitis, sed Diuis Titus etiam solum immune factum interpretatus est. Similes eis Capituleses esse videntur.

8. In prouincia Macedonia Dyrrhaceni, Cassandrenses, Philippenses, Dienes, Stouenses iuris Italici sunt. 9. In prouincia Asia duæ sunt iuris Italici, Troas & Parium. 10. In Pisdia eiusdem iuris est colonia Antiochenisium. 11. In Africa Carthago, Vitica, Leptis magna à Diuis Senero & Antonino iuris Italici factæ sunt.

DE VERBORVM SIGNIFICATIONE.

TIT. XVI.

Verbum hoc si quis in masculinam quam feminam complectitur.

Verbis appellatio iuris: Romæ autem continentibus ædificiis finitur, quod latius patet. 1. Cuiusque dei maior pars est horarum septem primarum dici, non supremarum.

Itere faciendo viginti millia passuum in dies singulos peragenda, sic sunt accipienda: ut, si post hanc dinumerationem minus quam viginti millia superint, integrum diem occupent, veluti viginti unum millia sunt passus: Viduum eis adtribuetur, quæ dinumeratio ita demum facienda erit, si die non conueniat. 1. Eius, qui apud hostes decessit, dici hereditas non potest, qui seruus decessit.

Nominis appellatio tam significari, Proculus ait.

Rei appellatio latior est, quam pecunie: quæ etiam ea, quæ extra computationem patrimonij nostri sunt, continet: cum pecunie significatio ad ea referatur, quæ in patrimonio sunt. 1. Opere locato, conducto: his verbis Labeo significari ait id opus, quod Græci *σπορησµα* vocant; non *σπορη*, id est ex opere factu corpus aliquod perfectum.

Nominis & rei appellatio ad omnem contractum & obligationem pertinet. 1. Verbum *Ex legibus* sic accipiendum est: tam ex legum, sententia, quam ex verbis.

Sponsio appellatur, non solum quæ per sponsum interrogatiouem fit, sed omnis stipulatio promissioque.

Verbum *Opus* tam præsens, quam futurum tempus significat. 1. Actionis verbo non continetur exceptio.

Matrimonium apud Iulianum notat, verbo *Præstare* scilicet & factum contineri; & vi raptum.

10. *Idem* libro 6. ad Edictum.

Creditor accipiendos esse constat eos, quibus debetur ex quacumque actione, vel per se, uti one, vel iure ciuili sine ulla exceptionis perpetuæ remotione, vel honorario, vel extraordinario, siue purè siue in diem, vel sub conditione. Quod si natura debeat, non sunt loco creditorum, sed si sit mutua pecunia, sed contractus: creditores accipiuntur.

Reditorum appellatio non habet tantum accipiuntur, qui pecuniam crediderunt, sed omnes, quibus ex qualibus causa debetur.

Verbi si cui ex empto, vel ex locato, vel ex alio verbo debetur. Sed est ex delicto debeat, mihi videtur posse creditoris loco accipi. Quod si ex populari causa, ante litem contestationem rectè dicitur creditoris loco non esse, postea esse. 1. Minus soluit, qui tardius soluit: nam & tempore minus soluitur.

Mulieris appellatio etiam virgo viripotens continetur. 1. Res abesse videntur (ut Sabinius ait, & Pedius probat) etiam hæc, quarum corpus manet; forma mutata est. & ideo si corruptæ reddita sint, vel transfigurata, videri abesse: quoniam plerumque plus est in manus pretio, quam in re. 2. Desuere autem abesse res tunc videtur, cum sic redit in potestatem, ne amittere eius possessionem possimus. 1. Ob hoc, quod furto pridem subtrahita est, abesse & ea res, quæ in rebus humanis non est.

Labeo & Sabinius existimant, si vestimentum scilicet reddatur, vel res corrupta reddita sit, veluti scyphi collisi, aut tabulas rasa pictura, videri re abesse: quoniam earum rerum pretium non in substantia, sed in arte sit positum. Item si dominus res quæ furto sibi aberat, ignorans emerit: rectè dicitur res abesse, etiam si postea id ita esse scierit: quia videtur res ei abesse, cui pretium abest. 1. Rem amisisse videtur, qui aduersus nullum eius persequenda actionem habet.

Bona ciuitatis abusus publica dicta sunt, sola enim ea publica sunt, quæ populi Romani sunt.

Eius, qui vestigal populi Romani conductum habet, publicanum appellamus. nam publica appellatio in compluribus causis ad populum Romanum respicit: ciuitates enim priuatorum loco habentur.

Inter publica habemus non sacra, nec religiosa, nec quæ publicis vrbibus destinata sunt, sed quæ sunt ciuitatum velur bona, sed peculia seruorum ciuitatum proculdubio publica habentur.

Publica vestigalia intelligere debemus, ex quibus vestigal fiscus capit: quale est vestigal portus, vel venalium rerum, item salinarum & metallorum, & picariarum.

